per eam rara et non grandia flumina emanant, quorum
Tuberonem et Arusacen notissima accipimus.

8 Rubrum mare Graeci, sive quia eius coloris est
72 sive quod ibi Erythras regnavit Erythran thalassan
appellant: procellosum asperum mare, profundum et
magnorum animalium magis quam cetera capax. primo
recedentis oras aequabiliter impellit, et ubi non intrat
interius aliquantum patens sinus est. sed quas ripas
inflexerat bis inrumpit, duosque iterum sinus aperit.
73 Persicus vocatur dictis regionibus propior, Arabicus
ulterior. Persicus qua mare accipit utrimque rectis
lateribus grande ostium quasi cervice conplectitur, dein
terris in omnem partem vaste et aequa portione ceden-
tibus magno litorum orbe pelagus incingens reddit
74 formam capitis humani. Arabici et os artius et lati-
tudo minor est, maior aliquanto recessus et multo
magis longa latera. init penitus introrsusque, dum
Aegyptum paene et montem Arabiae Casium adtingat,
quodam fastigio minus ac minus latus, et quo magis
75 penetrat angustior. ab his quae diximus ad sinum
Persicum, nisi ubi Chelonophagi morantur, deserta
sunt. in ipso Carmanii navigantium dextera positi
sine veste ac fruge sine pecore ac sedibus piscium
cute se velant, carne vescuntur, praeter capita toto

1. inde *A* Indi *x* 3. rara tenet *A* Patalene *Pintianus* 5. *post* pertinet *addidi* Ariane et 8. accepimus A^1 *corr. inter scribendum* (*fuit* accipimus, *quod cum Gustavo Parthey retinui*) 13. recedentis *sic A* ut *A* ubi *scripsi* iret *A* intrat *scripsi* 14. erat *A* est *scripsi* 16. propior A^1 *corr.* 17. ulterior A^1 *corr.* 24. adtingat A^1 attingat A^2

corpore hirsuti. interiora Cedrosi dehinc Persae habitant. Saetis per Carmanios, supra Sandis et Corios
effluunt. in parte quae pelagi ostio adversa est 76
Babyloniorum fines Chaldaeorumque sunt, et duo clari amnes Tigris Persidi propior, ulterior Euphrates.
Tigris ut natus est ita descendens usque in litora 77
permeat. Euphrates immani ore aperto non exit tantum unde oritur, sed et vaste quoque decidit, nec secat continuo agros, late diffusus in stagna, diu sedentibus aquis piger et sine alveo patulus, post ubi marginem rupit vere fluvius, acceptisque ripis celer et fremens per Armenios et Cappadocas occidentem petit, ni Taurus obstet in nostra maria venturus.
inde ad meridiem avertitur, et primum Syros tunc 78
Arabas ingressus non perdurat in pelagus, verum ingens modo et navigabilis, inde tenuis rivus despectus emoritur, et nusquam manifesto exitu effluit ut alii
amnes sed deficit. alterum latus ambit plaga quae inter 79
utrumque pelagus excurrit. Arabia dicitur, cognomen Eudaemon, angusta, verum cinnami et turis aliorumque odorum maxime ferax. maiorem Sabaei tenent partem, ostio proximam et Carmaniis contrariam Macae. frontem quae inter ostia ostenditur silvae cautesque exasperant. aliquot sunt in medio insulae sitae, Ogyris quod in ea Erythrae regis monimentum
est magis clara quam ceterae. alterum sinum undique 80
Arabes incingunt. ab ea parte quae introeuntibus dextra est urbes sunt Charra et Arabia et Gadanus, in altera ab intimo angulo prima Berenice inter Heroopoliticum et Strobilum, deinde inter promun-

---

2. choros *A* Corios *Barbarus* 3. *post* effluunt *interstitium duodecim litterarum* 5. propior *A*[1] *corr.* 20. eudemon *A* 23. magnae *A* Macae *Barbarus* 25. gyris *A* Ogyris *Pintianus* 26. *post* sinum *quinque fere litterae erasae* 30. hieropoliticum *A* Heroopoliticum *Barbarus* ⟨et⟩ *ante* strobilum *A*[3]

turia Maenorenon et Coloba Philoteris et Ptolemais,
ultra Arsinoë et alia Berenice, tum silva quae hebenum
odoresque generat, et manu factus amnis, ideoque
81 referundus quod ex Nili alveo diorуge adductus. extra
sinum, verum in flexu tamen etiamnum Rubri
maris pars bestiis infesta ideoque deserta est, partem
Panchai habitant, hi quos ex facto quia serpentibus
vescuntur Ophiophagos vocant. fuere interius Pygmaei,
minutum genus, et quod pro satis frugibus contra grues
82 dimicando defecit. sunt multa volucrum multa serpen-
tium genera: de serpentibus memorandi maxime, quos
parvos admodum et veneni praesentis certo anni
tempore ex limo concretarum paludium emergere, in
magno examine volantes Aegyptum tendere, atque in
ipso introitu finium ab avibus quas ibidas appellant
adverso agmine excipi pugnaque confici traditum est.
83 de volucribus praecipue referenda Phoenix, semper
unica; non enim coitu concipitur partuve generatur,
sed ubi quingentorum annorum aevo perpetua duravit,
super exaggeratam variis odoribus struem sibi ipsa
84 incubat solviturque, dein putrescentium membrorum
tabe concrescens ipsa se concipit atque ex se rursus
renascitur. cum adolevit, ossa pristini corporis inclusa
murra Aegyptum exportat, et in urbe quam Solis ad-
pellant flagrantibus arae bustis inferens memorando
funere consecrat. ipsum promunturium quo id mare
cluditur Aceraunis saltibus invium est.

9
85 Aethiopes ultra sedent; Meroën habent terram,
quam Nilus primo ambitu amplexus insulam facit: pars

---

1. collaca *A* Coloba *Vossius* philopteris *A* Philoteris *Barbarus* piomalis *A* Ptolemais *Barbarus* 4. referundus A^1 referendus A^2 5. veru A^1 verum A^2 etiam non *A* etiamnum *Pintianus* 10. deficit *A* defecit *x* 11. memorandis *A* memorandi *v* 13. paludium *sic A* 15. qua A^1 quas A^2 ibidas A^1 *corr.* 23. nascitur A^1 renascitur A^3 25. archiobustis *A* (*litteras* io *add.* A^3) arae bustis *scripsi*

quia vitae spatium dimidio fere quam nos longius agunt
Macrobii, pars quia ex Aegypto advenere dicti Auto-
moles: pulchri forma, atque corporis viriumque vene-
ratores, veluti optimarum alii virtutum. in illis mos 86
est cui potissimum pareant specie ac viribus legere.
apud hos plus auri quam aeris est: ideo quod minus
est pretiosius censent. aere exornantur, auro vincla
sontium fabricant. est locus adparatis epulis semper 87
refertus, et quia ut libet vesci volentibus licet Heliu
trapezan adpellant, et quae passim adposita sunt ad-
firmant innasci subinde divinitus. est lacus quo per- 88
fusa corpora quasi uncta pernitent: bibitur idem; adeo
est liquidus et ad sustinenda quae incidunt aut in-
mittuntur infirmus, ut folia etiam proximis decisa
frondibus non innatantia ferat sed pessum et penitus
accipiat. sunt et saevissimae ferae omni colore varii
lycaones et quales accepimus sphinges. sunt mirae
aves cornutae tragopanes et equinis auribus pegasi.
ceterum oras ad eurum sequentibus nihil memorabile 89
occurrit. vasta omnia vastis praecisa montibus ripae
potius sunt quam litora. inde ingens et sine cultoribus
tractus. dubium aliquandiu fuit essetne ultra pelagus,
caperetne terra circuitum, an exhausto fluctu sine fine se
Africa extenderet, verum et Hanno Carthaginiensis 90
exploratum missus a suis, cum per oceani ostium
exisset magnam partem eius circumvectus, non se mari

---

3. et qui *A* atque *Heyse* (*cf. Parthey p. 212*) parumque *A* viriumque *Bursian* 3. 4. venerati ores *A* veneratores *x* 6. 7. quam psis (aeris *scrib.*) est ideo quod minus est preciosius (pretiosius *scrib.*) A^2 *exceptis litteris* sius *in margine inferiore* 7. exorantur *A* exornantur *x* 9. 10. heliu trapezan A^3 *exceptis litteris* heli *in spatio vacuo* 10. 11. adfirmant A^1 affirmant A^2 11. ⟨est⟩ (*ante* lacus) A^3 16. ferae A^1 *corr.* 18. tragappomenes *A* tragopanes *Vinetus* equinis auribus et *A* et equinis auribus *Barbarus* 22. tractus *om. A add. x* 23. exhausta fractu *A* exhausto fluctu *Vossius* 24. verum et si *A* verum et *Pintianus* 26. exissut A^1 exisset A^2

sed commeatu defecisse memoratu rettulerat, et Eu-
doxus quidam avorum nostrorum temporibus cum La-
thyrum regem Alexandriae profugeret, Arabico sinu
egressus per hoc pelagus, ut Nepos adfirmat, Gades
usque pervectus est: ideo eius orae notae sunt aliqua.
91 sunt autem trans ea quae deserta modo diximus muti
populi et quibus pro eloquio nutus est, alii sine sono
linguae, alii sine linguis, alii labris etiam cohaerentibus,
nisi quod sub naribus etiam fistula est per quam
bibere avenis, et cum incessit libido vescendi, grana
singula frugum passim nascentium absorbere dicuntur.
92 sunt quibus ante adventum Eudoxi adeo ignotus ignis
fuit, adeoque visus mirum in modum placuit, ut am-
plecti etiam flammas et ardentia sinu abdere donec
93 noceret maxime libuerit. super eos grandis litoris flexus
grandem insulam includit, in qua tantum feminas esse
narrant toto corpore hirsutas et sine coitu marum sua
sponte fecundas, adeo asperis efferisque moribus, ut
quaedam contineri ne reluctentur vix vinculis possint.
hoc Hanno rettulit, et quia detracta occisis coria
94 pertulerat fides habita est. ultra hunc sinum mons
altus, ut Graeci vocant Theon *ochema*, perpetuis ignibus
95 flagrat. ultra montem viret collis longo tractu longis
litoribus obductus, unde visuntur patentes magis campi
quam ut perspici possint Panum Satyrorumque. hinc
opinio causae fidem cepit, quod cum in his nihil culti-
sit, nullae habitantium sedes, nulla vestigia, solitudo
in diem vasta et silentium vastius, nocte crebri ignes

1. memoratur et tulerat A^1 *correxit* A^3 2. 3. lathamin A Lathyrum *Barbarus* 4. adfirmat A^1 affirmat A^2 10. avent sed A avenis, et *Ciacconius* 11. *post* dicuntur *interstitium septem litterarum* 15. noceri A noceret *v* licuerit A libuerit *x* 17. marum *sic* A 18. effe⟨ris⟩que A (*litteras in ras. add.* A^3) 19. ⟨ne⟩ A^3 20. ⟨hoc ha⟩nno A (*litteras in ras. add.* A^3) 21. ⟨ultr⟩a A (*litteras in ras. add.* A^3) 22. theon A Theon ochema *Barbarus* 23. ⟨ult⟩ra A (*litteras in ras. add.* A^3) longis A^2 *exceptis litteris* gis *in spatio vacuo*

micant, et veluti castra late iacentia ostenduntur,
crepant cymbala et tympana, audiunturque tibiae so-
nantes maius humanis. tunc rursus Aethiopes, nec 96
iam dites quos diximus, nec ita corporibus similes,
sed minores incultique sunt et nomine Hesperion. in
horum finibus fons est quem Nili esse aliqua credibile
est: Nuchul ab incolis dicitur, et videri potest non
alio nomine adpellari sed a barbaro ore corruptus.
alit et papyrum et minora quidem eiusdem tamen
generis animalia. aliis amnibus in oceanum vergenti- 97
bus solus in mediam regionem et ad orientem abit,
et quonam exeat incertum est. inde colligitur Nilum
hoc fonte conceptum actumque aliquandiu per invia
et ideo ignotum, iterum se ubi adiri possit ostendere;
ceterum spatio quo absconditur effici, ut hic alio cedere,
ille aliunde videatur exsurgere. catoblepas non grandis 98
fera, verum grande et praegrave caput aegre sustinens,
atque ob id in terram plurimum ore conversa apud
hos gignitur, ob vim singularem magis etiam referen-
da, quod cum impetu morsuque nihil umquam saeviat,
oculos eius vidisse mortiferum. contra eosdem sunt 99
insulae Gorgades, domus ut aiunt aliquando Gor-
gonum. ipsae terrae promunturio cui Hesperu ceras
nomen est finiuntur.

Inde incipit frons illa quae in occidentem vergens 10 100
mari Atlantico adluitur. prima eius Aethiopes tenent,
media nulli; nam aut exusta sunt aut harenis obducta
aut infesta serpentibus. exustis insulae adpositae sunt

5. hesperio *A* Hesperion *scripsi* 7. nunc *A* Nuchul *v* 8. adpellari A^1 appellari A^2 9. aliter pyrum *A* alit et papyrum *Vinetus* 13. hoc A^1 *corr.* 14. ad ea *A* adiri *x* 16. exsurgere A^1 exurgere A^2 17. praegrande *A* praegrave *Pintianus* 20. un//quam *A* 22. dorcades *A* Gorgades *Mariangelus* 26. abluitur *A* adluitur *v* 27. mediam *A* media *x* harenis A^1 arenis A^2 28. ⟨ex⟩ustis *A* (*litteras in ras. add.* A^2) adpositae A^1 appositae A^2

101 quas Hesperidas tenuisse memoratur. in harenis mons
est Atlas, de se consurgens, verum incisis undique
rupibus praeceps, invius, et quo magis surgit exilior,
qui quod altius quam conspici potest usque in nubila
erigitur, caelum et sidera non tangere modo vertice
102 sed sustinere quoque dictus est. contra Fortunatae
insulae abundant sua sponte genitis, et subinde aliis
super alios innascentibus nihil sollicitos alunt, beatius
quam aliae urbes excultae. una singulari duorum
fontium ingenio maxime insignis: alterum qui gusta-
vere risu solvuntur in mortem; ita adfectis remedium
103 est ex altero bibere. ab eo tractu quem ferae in-
festant proximi sunt Himantopodes inflexi lentis cru-
ribus, quos serpere potius quam ingredi referunt, dein
Pharusii, aliquando tendente ad Hesperidas Hercule
dites, nunc inculti, et nisi quod pecore aluntur ad-
104 modum inopes. hinc iam laetiores agri amoenique
saltus citro terebintho ebore abundant. Nigritarum
Gaetulorumque passim vagantium ne litora quidem
infecunda sunt, purpura et murice efficacissimis ad
105 tingendum, et ubique quae tinxere clarissima. reliqua
est ora Mauretaniae exterior, et in finem sui fasti-
gantis se Africae novissimus angulus, isdem opibus
sed minus dives. ceterum solo etiam ditior et adeo
est fertilis, ut frugum genera non cum serantur modo
benignissime procreet, sed quaedam profundat etiam
106 non sata. hic Antaeus regnasse dicitur, et signum
quod fabulae clarum prorsus ostenditur collis modicus
resupini hominis imagine iacentis, illius ut incolae

---

1. harenis A^1 arenis A^2 2. satis *A* Atlas *Pintianus* 4. 5. in nubil uerigitur A^1 in nubila erigitur A^2 5. 6. vertice sed A^1 *corr.* 13. scimantopodes *A* Himantopodes *Barbarus* 15. pharusi *A* 18. terote berini *A* citro terebintho *Reinoldius* zigritarum *A* Nigritarum *v* 21. tinguendum *A* ubique quod *A* ubique quae *Vossius* 27. nota *A* non sata *Vossius* antheus *A*

ferunt tumulus: unde ubi aliqua pars eruta est solent imbres spargi, et donec effossa repleantur eveniunt. hominum pars silvas frequentant, minus quam quos 107
modo diximus vagi, pars in urbibus agunt, quarum ut inter parvas opulentissimae habentur procul a mari Gilda, Volubilis, Banasa, propius autem Sala et Lixos flumini Lixo proxima. ultra est colonia et fluvius Gna et unde initium fecimus Ampelusia in Nostrum iam fretum vergens promunturium, operis huius atque Atlantici litoris terminus.

---

1. solet *A* 6. gildavo dubritania *A* Gilda Volubilis Banasa *scripsi* proprius A^1 propius A^2 lixio *A* Lixos *scripsi* 7. limo *A* Lixo *Tzschucke* 8. anpelusia *A*

INDEX

METROLOGICORUM SCRIPTORUM

RELIQUIAE.

COLLEGIT RECENSUIT PARTIM NUNC PRIMUM

EDIDIT

FRIDERICUS HULTSCH.

VOLUMEN II

QUO SCRIPTORES ROMANI ET INDICES CONTINENTUR.

LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCLXVI.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

PRAEFATIO.

Postquam ad prius volumen praefationem scripsi, in qua ea quoque subsidia enumeravi quae iam ad hanc alteram partem edendam collegeram, auxi eum apparatum Guelferbytanae bibliothecae copiis, quas aestate superioris anni adii. Praeterea GUILIELMUS CHRIST, vir studiorum similitudine mihi coniunctissimus, tribus commentariis quos infra suo quemque loco laudabo multa et egregia ad nonnullas res difficiliores illustrandas contulit. Sed iam singula quaeque persequar.

108. 109. Varronis librorum de lingua Latina reliquias quae nunc exstant omnes constat fluxisse e codice Florentino illo saeculi XI (*F*), quem olim contulit Petrus Victorius. Eundem cum nuper descripsisset H. Keilius idque apographum concessisset L. Spengelio, hunc precibus adii, ut ad eos locos quos in hunc librum recepturus essem variam Florentini scripturam ex illo apographo mihi adnotaret. Respondit petenti vir egregius paratissimo animo misitque mihi ad locum de agrestibus mensuris (V, 34 s., nobis fr. 109) ipsius Florentini scripturam; ad alterum autem locum (V, 169 ss., fr. 108), qui in Florentino nunc desideratur nonnullis foliis abscissis posteaquam Victorius eo usus est, adnotavit varietatem alius cuiusdam codicis a Keilio collati, qui accuratissime ex ipso antiquo Florentino descriptus est (*N*). Atque haec quidem per litteras Spengelius mecum communicavit; praeterea rationem habui eius commentarii quem idem de libris Varronis emendandis scripsit: *Ueber die Kritik der Varronischen Bücher de lingua Latina. Abhandl. d. Bayer. Akad. I Cl. VII Bd.*

II Abth. 1854 (quem librum significavi nota *Spe*). Nec ad locum de agri mensuris omisi ea quae Lachmannus in Mus. Rhen. II p. 356 ss. (*La*) exposuit. Denique adnotavi varias scripturas quae apud Priscianum in libro de figuris numerorum (§ 15 s.) inveniuntur (*Pri*), ubi usus sum editione Keilii. Nec tamen persuadere mihi potui omnia quaecumque apud Varronem leguntur omissa a Prisciano ob eam ipsam causam Varroni abiudicanda esse. Nam extrema quidem Varronis verba (§ 174 *quod libram* cet.) iniuria sive Priscianus omisit sive librarii eius, quam neglegentiam etiam aliis locis commissam esse consentaneum videtur. Et alioquin nonnulla errata sunt apud Priscianum quae recte habent Varronis libri. — In fr. 109 p. 51, 12 certa coniectura correxi *esse p.* id est *pedes* ex Florentini scriptura *esset.* De compendio *p.* conf. p. 54, 10. 55, 14 ss. 58, 27. 59, 23, denique legem parieti faciundo in C. I. L. vol. I p. 577.

110. Varronis locum de agrestibus mensuris qui legitur in libro de re rust. I (cap. 10) vulgatae lectionis erroribus purgatum edere non potuissem, nisi insigni humanitate H. Keilius precibus meis satisfaciens ex uberrimo suo apparatu Varroniano misisset mihi varias scripturas codicum Laurentiani LI, 4 (*L*) saeculi XV et Caesenatis bibliothecae Malatestianae (*M*) saeculi XV, quorum de origine atque auctoritate luculenter exposuit in *Observationibus criticis in Catonis et Varronis de re rustica libros*, quae prodierunt Halis a. 1849. Praeterea idem recte me monuit, ne omitterem variam scripturam codicis antiquissimi Florentini nunc perditi, unde omnes reliqui libri manu scripti derivati sunt. Quam scripturam olim adnotaverat Politianus ad marginem Venetae editionis scriptorum rei rusticae principis [1]); descripserat inde H. Brencmannus, quo apparatu tum Gesnerus usus est (v. eiusdem Script. rei rust. Lipsiae 1735 p. XX). Sed nuper Keilius — siquidem

1) Usus sum exemplo eius editionis Dresdensi, in quo desunt XII prima et II ultima folia, sed haec duo suppleta sunt manus scriptura. Leguntur in fine singularum partium, Catonis, Varronis cet.: OPERA ET IMPENSA IENSON — VENETIIS — M.CCCC.LXXII.

recte intellexi ea quae per litteras scripsit — invenit ipsum illud Venetae editionis exemplum Politiani notis nobilissimum, atque inde eas omnes descripsit. Quod exemplum quoniam vir praestantissimus tum cum ad me scripsit non in manibus habuit, dubitationem sibi relinqui significavit, an Politianus p. 52, 19 haberet '∞∞ C ∂ pedes hae', ubi in Veneta leguntur 'M. M. C. pedes. hae'. Omnino autem cum Politiani notae usui esse non possent sine Venetae comparatione, huius varietatem ubique adscripsi (*Ve*), et praeterea distinxi Politiani scripturam apud Gesnerum atque illam quam Keilius ad me misit notis P^g et P^k. Denique adnotavi etiam, ubi opus esse videretur, scripturam Gesneri et Schneideri (*Ge*, *Sch*, eorumque consensum *vulgo*). — P. 52, 11 ad ***seu quid aliud*** (sic enim emendandam esse censui librorum scripturam ***si quid aliud***) conf. Cic. de r. p. 1, 17, 29: ***ut mihi Platonis illud*, *seu quis dixit alius*, *perelegans esse videatur*.**

111. In recensendo Columellae loco qui est de agri mensuris gratissimam operam mihi navavit A. Nauckius ad caput I libri V ex codice olim Sangermanensi, nunc Petropolitano 207 varia scriptura diligentissime adnotata. Sic contigit ut hanc quamvis exiguam Columellae operis particulam ex vetustissimi illius libri auctoritate edere possem. Quae si quis cum Schneideri editione contulerit, vix eundem scriptorem hic atque illic legi dicat. Praeterea autem cognovi editionem principem Venetam, quae Iensoni studio prodiit (supra adn. 1), multo propius abesse ab illo Petropolitano libro quam vulgatam Schneideri scripturam. Ergo illis vulgatis erroribus omissis praeter Petropolitanum codicem (*S*) huius tantum editionis rationem habui (*Ve*), quo facto simul id assecutus sum, ut Politiani notas e Florentino quodam codice excerptas (*P*) adscribere possem. In varia Petropolitani scriptura si quae cursivis litteris expressi, ea in rasura posita sunt. — P. 54, 10 post ***passus*** librorum ductus variis modis corrupti sunt; sed genuinae scripturae vestigia servavit *S*. Nam quod ex hoc affertur ***sunt campum***, olim fuit SVNTEAMPV̄, id autem facile solvitur in ***sunt ea m(ilia) p(edum)*** *V* (conf. scripturam Vaticani p. 58, 27). — P. 54, 19 ***possumus*** ita quis tueri pos-

sit, ut infinitivum intercidisse dicat; verum apparet ipsum *possumus* alienum esse ab hoc loco et *posuimus*, ut vulgo, legendum esse. — P. 55, 2 nota Ϛ pro VI et in Petropolitano codice saepius et in vetustissimo Isidori libro iis locis qui apud nos sunt p. 109, 13 et p. 121, 8 invenitur.

112. Vide Gromaticos veteres ex recensione Lachmanni p. 30. Codices sunt *A* Arcerianus, *E* Erfurtensis; *La* significat scripturam a Lachmanno editam, a qua ego nonnullis locis ita recessi, ut veterum librorum auctoritatem praeferrem. Figuras corruptas in *A* restitui.

113. Vide ibid. p. 94, 9—95, 10 et 96, 21—97, 13. Nam locum interpolatum qui p. 95 s. legitur separatim edidi (fr. 128).

114. Vide ibid. p. 121, 25 — 123, 10. Codices sunt Arceriani pars altera *B* et Gudianus *G*. Duobus locis nota trientis in libris corrupta est aut in I. L. (*B* p. 59, 24) aut in L (*G* ibid.) aut in ll (*BG* p. 61, 1). Ubi Lachmannus expressit duplicatam illam sextantis notam quae similis est litterae S e contrario positae; nos dedimus ZZ, de qua notatione infra ad fr. 133 et extrema hac praefatione dictum est. — Ibidem p. 60 vs. 6 *sicut* librorum scripturam servavi ac postea *sicut videtur* interclusi, quo facto nulla offensio relinquitur. — Tum p. 60, 25 locum de quo iam paene desperaveram levissima mutatione sanari posse intellexi. Nam cum *B* habeat *p̄runiuero*, id solvi in *prodeunt vero*, reliquam autem Arceriani scripturam intactam reliqui. — Denique p. 61, 4 medimni aestimatio monetali mensura, ut recte Lachmannus adnotat, debet esse *iugerum unum*, *unciam*, *dimidium scripulum* ($= 1\frac{49}{576}$); atque id ipsum exprimere voluit Lachmannus, posuit autem pro dimidio scripulo d i m i d i a e s e x t u l a e, h. e. binorum scripulorum, notam, quod probari non posse apparet. Omnino autem alienum esse duco ullam dimidii scripuli notam coniectura effingere, quam nusquam inveniri expressis verbis scribit Maecianus (§ 39), nec vero ego usquam repperi. Nam de ponderibus quidem si agitur, dimidium scripulum est obolus: at quis sana ratione hoc Hygini loco oboli notam inculcare audeat? Sed tamen per

notas illam medimni definitionem ab Hygino scriptam fuisse codices testantur. Quid igitur relinquitur, nisi ut statuamus Hyginum, qui antea (vs. 1) in simili computatione unum scripulum omiserit (v. Rudorff. Grom. II p. 421), hoc loco pro dimidio scripulo posuisse totum scripulum, scripsisse igitur *monetali mensura* (*iugerum*) I—℈? Nam hi quidem notarum ductus proxime accedunt ad scripturam in *B* traditam I C͠C.

115. L. Volusii Maeciani distributionem, ut supra dictum est, repetivi ex recensione Mommseni (*Abhandl. d. Sächs. Gesellsch. d. Wiss.* vol. III 1853. p. 281 ss.). Qui litteris a. d. V Cal. Febr. a. 1863 ad me datis scripsit sibi nunc § 45 *tetrachmum* pro vulgato *tetradrachmum* e librorum auctoritate legendum videri. Sunt autem hi libri quibus usus est Mommsenus (*Mo*) Parisinus 8680 (*C*ᵖ) et Vaticanus 3852 (*C*ᵛ), uterque membr. saec. X, quorum consensum idem notavit per *C*. Priores editiones diligenter contulit Böckingius (*Bö*), cum Maeciani libellum edidit Bonnae 1831. Ego, sicut initio praefationis ad prius volumen demonstravi, mihi non licere existimavi totum Mommseni apparatum repetere, qui in ipso illius libro praesto sit omnibus quorum ea accuratius perquirere interest. Varios autem notarum ductus qui in libris inveniuntur, quantum fieri potuit, repetivi extrema hac praefatione, ubi omnia quae ad id genus pertinerent collegi. Pauca tamen omitti necesse fuit, ne nimii sumptus novis typis excudendis bibliopolae fierent; haec igitur quaerenda sunt in ipso Mommseni libro. In extrema libelli particula, quam omiserunt editores ante Mommsenum (vide illum p. 287), addidi variam lectionem codicis Vaticani traditam ab Helbigio, qui Epiphanii interpretationem Latinam ex eodem codice mihi descripsit.

116. Liber de asse in editione principe quam indicavi in prol. § 114 adn. 1 legitur p. DCC s.; significavi *Ro*. Denuo eundem libellum excusserunt Gronovius (*Gr*) in libris de sestertiis (Amstelod. 1656: de reliquis Gronovianis editionibus vide Böcking. p. 9) et Böckingius (*Bö*) una cum Volusio Maeciano (Bonnae 1831).

117. Locis Festi, ut consentaneum erat, statim addidi ea quae Paulus habet ex Festo excerpta, quae minoribus litterarum formis distinxi. Ex Festi codice omnem scripturae varietatem adscripsi, passim auctam et correctam ab H. Keilio in Mus. Rhen. VI (1847) p. 618 ss., quae supplementa notavi addita littera *K*. Nonnulla tacite secundum Keilium correxi, ut p. 77, 7 *quodcumque*, p. 79, 19 *inperfectam*. Extremos Festi locos repetivi ex Mommseni recensione quae nuper prodiit in commentariis Acad. Berol. a. 1864 p. 57 ss. Idem initium plebisciti Siliani per litteras emendatum ad me misit, ubi de nota IIL, i. e. *duodequinquaginta*, conferri iussit legem repetundarum (C. I. L. vol. I n. 198, 34); ac similiter in aliis inscriptionibus inveniuntur IIX, XIIX, XXIIX (v. indices ibid. p. 613). — Pauli locos edidi e codice Guelferbytano 10. 3 Aug. in 4 membranaceo saec. X (*G*). P. 76, 17 non offendo in verbis *singuli pondo libras*, quae nuper in dubitationem vocavit Madvigius in Emend. Liv. p. 318. Nam et hoc loco et apud Varronem de l. Lat. § 182 et Livium 26, 47, 7 *libras* antiqua genetivi forma mihi esse videtur. — Scaligeri, Ursini, Muelleri scripturas significavi *Sca*, *Urs*, *Mue*.

118. Prisciani locum e libro de figuris numerorum repetitum recognovi secundum codicem Gudianum 132 fol. 66[b] ss., quem H. Keilius in hoc libro edendo omisit, adhibuit autem ad Prisciani Partitiones (v. praef. p. 398 s.). In hoc codice memorabilis est scriptura *dardaniū* (§ 14), de qua vide prol. p. 23. — P. 84, 20 ex librorum auctoritate edidi *tetrachma*. Praeterea nulla fere in re discessi ab eo verborum Prisciani contextu quem egregie constituit Keilius.

119. Victorii argumentum calculandi ex codice Bamberg. membr. saec. X vel XI edidit Christius in annalibus Acad. Monac. (*Sitzungsbericht* etc. 1863. I. p. 132 ss.). Idem fragmentum inter Bedae Venerabilis scripta exstat edita Basileae per Io. Hervagium a. 1563, vol. I p. 147. Ubi hic titulus praefixus: *Bedae Presbyteri praefatio in libellum de ratione calculi*. Apparet autem Bedam suo arbitrio quaedam mutavisse, nonnulla etiam addidisse, mi-

nime tamen meliore exemplo quam nuper Christium usum esse.

120. Carminis de ponderibus codex archetypus ipse, unde omnes nostri libri manu scripti derivati sunt, tot et tam gravibus mendis inquinatus fuit, ut, etiamsi illum librum in manibus haberemus, plurimis tamen locis de genuina scriptura dubitatio relinqueretur. Iam vero ex hoc quasi impuro fonte turbatior etiam rivulus defluxit in codicem illum octavi saeculi, olim Bobiensem, nunc Vindobonensem, cuius scripturam in lucem protulit Endlicherus (Prisciani grammatici-carmina. Vindob. 1828). Nam exaratus est is codex magna, ut videtur, scribendi festinatione ab homine admodum ignaro atque indiligente, qui non solum oscitantia plurima peccaverit, sed etiam, quamvis vix Latina sciret, aliquotiens ea quae in archetypo aut non distincte aut perturbate scripta essent pro arbitrio mutaverit (vide cum alios locòs tum vs. 33: *quam dixere duellam*, 76: *hoc si bafon*, 112: *modulatus suo per esse*, 133: *quis minor argenti*). Praeterea ex archetypo alii libri maiore cum cura et a peritioribus hominibus descripti sunt iique in variorum grammaticorum manus venerunt, qui coniecturis et corruptos locos et, ut fieri solet, etiam integros tentarent. Inde quot fere sunt codices praeter Bobiensem, tot formas habemus huius carminis a grammaticis partim depravati; quibus libris accedit ipsius Bobiensis scriptura secunda ac tertia, utraque ex eodem interpolationum genere orta. Nobis in recensendo hoc carmine necesse visum est primum omnes Bobiensis libri scripturas adnotare, quae apud Endlicherum inter reliquas adnotationes dispersae non ita in oculorum obtutum cadunt, ut et codicis auctoritas et criticae artis ratio requirit. Praeterea alterius formae quam interpolatam diximus specimen praebuimus ex Guelferbytanis duobus Gudianis, altero 132, altero 64 (utroque membr. saec. X in 4), quos libros admodum neglegenter olim a Wernsdorfio adhibitos ego denuo cum Endlicheri editione contuli. Significavi Bobiensem codicem littera *A* (primam eius manum A^1, secundam et tertiam A^2 et A^3), tum Gudianum priorem *B*, alterum *Ç*. His codicibus addere poteram Parisinum 7211 ab Angelonio

editum et cum Endlicheri libro collatum ab Orellio in app. ad Phaedri fab. p. 241 s., tum Sangallensem 817 nuper a Car. Schenkelio collatum (*Sitzungsber. d. Wiener Akad.* 1863 p. 56 ss.); sed cum viderem eos codices nulla re praestantiores esse Gudianis, nolui hoc supplemento adnotationem criticam onerare magis quam ornare.

Iam vero quas leges in recensendo carmine secutus sim, breviter exponam. Merito supra reprehendi illius librarii qui Bobiensem codicem exaravit neglegentiam et imperitiam. Sed tamen ea ipsa ignorantia maiorem efficit huius libri auctoritatem quam ceterorum omnium; nam in hoc quidem nihil coniectura ita immutatum est, ut id pro vero haberi possit. Ut planius dicam, aut genuinam scripturam habemus in Bobiensi aut ea menda quae facillime cognoscantur. Ergo quoad aliqua probabilis ratio afferri poterit, aut ipsa Bobiensis scriptura erit sequenda, aut, sicubi eam corruptam esse apparebit, ex his ipsis corruptelae vestigiis elaborandum ut vera lectio inveniatur. Nec prius, quam id fieri nullo modo poterit, confugiendum ad interpolatos codices, quorum scripturam ubicunque diversam a Bobiensi recepimus, ea certe dubitatio relinquitur, sitne illa vera scriptura casu quodam felici servata, an orta eadem ex hominis grammatici probabili coniectura. Ac vero saepius coniecturas quam antiqua verba in istis codicibus exstare arbitror. Reliqua commodissime ita demonstrabo, ut, quibus locis ab Endlicheri editione discesserim, singillatim proponam. Vs. 7 recepi *minora* ex A, quippe quod melius respondeat priori *maius* quam vulgatum *minuta*. Ibidem *nil* ex eodem libro videbatur scribendum esse, sed cum ibi $\overset{l}{n}$ exaratum esse cognovissem (Endl. praef. p. XI), quo compendio etiam pro *nihil* festinans librarius facile uti posset, servavi *nihil*, quod certe est numero aptius (et conf. vs. 188). — 11. *ve* apud Endlicherum a typotheta erratum esse videri recte scribit Schenkelius l. c. p. 61 adn.; nos *vel* edidimus ex A. Scripturam *lentis verguntur in octo*, quam altera codicum familia habet, Christius (Mus. Rhen. XX p. 71) ortam esse suspicatur ex *lentisve grana ter octo*. — 17. *dragmam* et sic per *g* ea vox ubique le-

gitur in ABC, nec dubitandum est, quin sic scripserit is qui hoc carmen composuit (v. indicem s. v.). Idem statuendum videtur de *olce* vs. 17 et *eminas* vs. 68. — 21. *sicilicum* A, ubi vulgatum *sicilicus* non debebat tenere Endlicherus (conf vs. 78). — 32. *Grai* AB, *Graii* vulgo. — 36. ex corrupta in ABC scriptura *emnam* vulgo factum est *hinc Mna*, quod recte repudiat Schenkelius, ipse *ei mnam* coniiciens. Sed potius *unam* cum Vineto scribendum, probatum id quidem et Schenkelio et Christio p. 57 (commentarii in vol. I p. 67 adn. 5 citati). — 37. *docuisse* interpolati codices, *dixisse* A³: neutrum cum genuinum esse videretur, ex *vocare*, antiqua scriptura in A, effeci *memorare* coll. vs. 93. — 38. *dragmis* ex A, nam vulgatum *drachmas* tam barbarum est, ut scriptori carminis tribui non possit, qui quidem *dragmis* posuit pro *dragmarum numero*. — 46. de *ac si* conf. vs. 116. — 48. *nec quae* Endlicherus secundum Wernsdorfii coniecturam: ego *neque quae* scripsi cum Schenkelio. — 57. *malis* nimirum non minus recte in A scriptum, quam coniunctivi leguntur vs. 75. 94. 184 s.; falsum igitur vulgatum *mavis*. — 62. *cybus hic* sine dubio est antiqua scriptura, nam et *hic* rectissime est positum et *cybi* redit vs. 195. Pessime *hic* vulgo omissum metrumque turbatum. Schenkelius coniecit *cubus; hanc ne cui*; Christius in Mus. Rhen. XX p. 71 *cubus hic*. — 69. 70. de his versibus multum dubitaverunt et priores editores et nuper Schenkelius l. c. et Christius in Mus. Rhen. p. 72. Ego secutus sum Endlicherum *quis* ablativo casu scribentem, quae forma redit vs. 187. Tum proximo versu *duos* restitui ex ABC, ubi *duas* Endlicherus praetulit, cum eum lateret *choenix* in tabulis medicinalibus idemque apud Epiphanium et in fragmento περὶ μέτρων masculini generis esse (vide indicem). Nec deest Latinus auctor Epiphanii interpres p. 106, 8. Sic scriptori huius carminis vera et cum optimis auctoribus congruens expositio mensurarum vindicata est, ut congius habeat choenices tres sive sextarios sex sive cotylas duodecim, choenix sit duorum sextariorum sive quattuor cotylarum: nulla igitur iam apud hunc poetam choenix quattuor sextariorum, quae efficiebatur ex vulgata olim scriptura *qui*

quater adsumptus. — 71. *sextarii* Endlicherus edidit pro vulgato antea *sextari*, qui cum aliis locis ubique vulgatae scripturae varietatem afferat, hic autem nihil plane adnotet, dubito num *sextarii* habeat A, certe id non a prima manu. Utut est, sine dubio *sextari* scribendum, quoniam quo emendatior carminis forma prodiit, eo magis declaratum est scriptorem rei metricae bene gnarum fuisse nec longas brevesque syllabas inter se confudisse. Qui cum *sextarius* vs. 65 in secunda syllaba recte produxerit, quis neget quin paulo post *sextării* librarius potius scripserit quam antiquus poeta? Accedit quod idem *sextari* probabiliter restitui vs. 80, ubi cum vulgo ex interpolatis libris editum sit *sextario*, in A autem inveniatur *si sextarios*, apparet ex hac corrupta scriptura eodem iure *sextari* elici posse, quod unum structurae huius loci conveniat. De contracta genetivi forma conf. vs. 127. — 72. *recipit* A, *capiat* B vulgo. — 73. *cyatos* ex A et sic per *t* reliquis locis scripsissem, nisi vs. 80 *cyathus* in A[1] legi Endlicherus doceret ad vs. 75. Sed eo ipso loco duo deprehenduntur typothetae errores (*chyatos* alterum pro *chyato*, et *cyaci* pro *cyati*), quae editoris neglegentia etiam codicis scripturam vs. 80 dubiam reddit. — 78. *coclearia* edidi ex BC idemque suadet A; *cochlearia* vulgo. Item vs. 83. — 83. *scripulique* hoc loco A cum BC; vulgo *scriplique*, ut A habet reliquis locis. — 89. *superest* A[1] rectissime, *superat* vulgo. — 93. *addit* ABC; temere vulgo *addet*: conf. vs. 95. — 95. *olivae* non dubitavi recipere ex A[1] pro vulgato *olivi;* nam ad *olivum* appositum epitheton *labens* abundat; at *oliva labens* (*die gleitende Oelfrucht*) est oliva premendo in liquidum oleum mutata, quae locutio etsi contortior videatur, tamen minime abhorret ab illius saeculi poetarum usu. — 103. *argento* edidi ex ABC idemque restituit Schenkelius; vulgo *argenti.* — 104. *harundo* AC, *arundo* vulgo. — 108. bene Endlicherus *aequa* ex A restituit; sed indicativus *secatur* requirit relativam sententiam: scripsi igitur *tot quae aequa in frusta secatur.* — 112. *si* A[1]; conf. vs. 114; *sin* vulgo. — vss. 113—115 alieno loco inculcati et post vs. 118 reponendi esse videntur Christio in Mus. Rhen. XX p. 72. — 113. *quod si* et 116.

ac si edidi ex A; vulgo *quodsi* legitur posteriore, *aut si* priore loco. — 120. *ut dragma superet gravior* editum est ex A^3 et vestigiis primae manus in eodem codice. Sed altius vitium hoc loco latere videtur. Accedit rei ipsius difficultas, quam non plane expedit Klügelius; sed de ea re non est hic disserendi locus. — 126. *hoc* ABC Schenkelius, *id* vulgo. — 127. *Syracusi* A^1B contracta genetivi terminatione, ut supra vs. 71. 80. *sextari.* Vulgo *Syracosii.* — 130. *conperto* A. — 144. *quotve* pro *quotque* scribendum esse videtur Christio in Mus. Rhen. XX p. 72 s. — 151. *sub aquis fiet* ABC Schenkelius, quod quo iure Endlichero glossematis loco visum sit, equidem non intellego; immo vulgatum *subsistet enim* pessime est interpolatum. — 157. *corrupti* codicum scriptura, etsi difficilior est, tamen nec a rei ratione nec a stilo huius poetae aliena videtur. Vulgatum *corrupto* revocat Christius l. c. p. 71. — 161. *quaevis librae* ABC Schenkelius. — 179. *causaque* ego, *causa et* Schenkelius, *causa* contra numerum Endlicherus ex A. — 187 s. hos versus recte distinxit et explicuit Christius l. c. p. 73. — 195. *cybi* ex A, ut vs. 62; *cubi* Endlicherus.

121. Idem carmen de ponderibus codex Parisinus 7461 membr. saec. XIII alio ordine dispositum et duobus supplementis, sed iis alienis a genuino contextu, auctum exhibet. Hinc et ipsum carmen et ea quae dixi supplementa edidit L. Angeloni in libro qui inscribitur *Sopra Guido d'Arezzo dissertazione* (Paris. 1811) p. 227 ss. (supplementa repetivit Orellius in appendice ad Phaedri fabulas p. 240 ss., sed falsum codicis numerum 7211 attulit deceptus errore Angelonii p. 225). Ex his supplementis alterum, quo de librae partibus agitur, ego Parisiis ex eodem codice 7461 descripsi, quae opera propter multos Angelonii errores minime inutilis fuit. Praeterea haec ex eo codice enotavi. Continet fol. 1—16 Guidonis micrologium in musica, fol. 19—27 Odonem de musica. Folia autem quae interserta sunt, 17 et 18, contrario ordine colligata sunt ac per argumentum scripturae oportuit. Nam in fol. 18 incipit sine inscriptione carmen de ponderibus *Pondera poeniis uete-*

rum memorata libellis idque perducitur ad vs. 55 *semuncia maior*. Tum intercalati sunt duo versus

Haec de ponderibus. si cetera signa requiris
Ex ipsis ueterum poteris cognoscere cartis.

Sequuntur carminis de ponderibus versus 124 *Nunc aliud* usque ad 163 *sine aquis*, ubi omnes libri manu scripti praeter Bobiensem, ut supra dictum est, desinunt. Haec excipiunt duodecim versus de planetis iidem quos Angelonius edidit p. 232 (repetivit Orellius p. 242): *Signifer — conficit orbem.* Hic desinit scriptura in codice ac relinquitur vacuum spatium, unde apparet librarium ipsum nihil habuisse quod adderet. Iam recenseamus fol. 17. In hoc ea pars carminis de ponderibus perscripta est qua de mensuris et variis liquorum ponderibus agitur. Sed pro genuini carminis versu 56 *Haec de ponderibus: superest pars altera nobis*, hic substitutus est

Nunc et mensuras dicamus carmine uero;

sequuntur versus genuini carminis 57—121; tum pro versibus 122 et 123 haec leguntur

Haec de mensuris tibi sint quae signa requiris;

postremo autem additi sunt viginti illi versus de ponderibus qui in nostra editione locum habent fragmenti 121. Quos, ut dixi, ipse descripsi e cod. Paris. 7461 (*A*), et adnotavi variam scripturam codicis Thuanei a Meyero citati (*Thu*). Etenim iidem versus in tria fragmenta distracti leguntur in Anthologia Burmanniana (apud Meyerum carm. 1066—68). Ipse autem Burmannus quibus subsidiis usus sit, haec eius verba declarant (Anthol. Burm. vol. II p. 404): '*tria haec epigrammata — ex vetustissimo codice S. Germani, in quo subscripta legebantur Rhemnio Fannio de ponderibus, in suas schedas coniecerat N. Heinsius, e quibus ea his inserui, ne perirent. eadem aliquando descripsi Leidae ex codice Vossiano, in quo uno tenore tria haec coniuncta legebantur. — versu primo edidi* Libra vel as *pro vitiosa codicis scriptura* Libralis as *et v.* 4 retracta *pro* tetracte'. Ex his Burmanni verbis sane cognosci non potest, utrum *codicem* his duobus locis ad quos varias scripturas affert intellexerit. Quod utut est, reliquis locis Burmanni scriptura eam

habet auctoritatem, ut, sin minus ubique, tamen plerumque codicis Sangermanensis esse putanda sit, quapropter eam diligenter adnotavimus (*Bu*). Nec omisimus Angelonii editionem (*Ang*). — Vs. 4. Schenkelius (*Sitzungsber. d. Wiener Akad.* 1863 p. 57 adn.) pro *ter acta* suadet *ter apta*; sed quid merito reprehendi potest in illa scriptura ex A repetita? (conf. Christium in Mus. Rhen. XX p. 65). — 10. *stater ac* distincte habet A; egregie igitur confirmata est Schenkelii coniectura idem ex corrupto *staterae* restituentis. Orellio in mentem venerat *statue ac*. — 11. recte libri AB et Thuaneus habent *terna duae sesclae pars est*, h. e. tertia pars unciae dicitur duae sextulae. Schenkelius vult *terna duplae sesclae par est*, quod falsum esse demonstrat Christius l. c.

122. Latinam Epiphanii versionem primus edidit Le Moyne (Varia sacra. Lugd. Bat. 1685. vol. I p. 490—95), usus codice, ut videtur, Parisino 8680 (vide Mommsen. ad Maecian. p. 286). Nobis in hac nova editione auxilio venit prompta Wolfg. Helbigii comitas, qui Vaticanum cod. 3852 (inde a fol. 122^b extr.) accurate cum Le Moynii libro contulit. Atque huic quidem codici, quem *A* notavimus, merito a nobis maiorem quam Le Moynio auctoritatem tributam esse facile cognosces ex variis scripturis quas ad p. 101, 23. 102, 2 (coll. Epiph. p. 263, 6. 9), vel ad p. 102, 14. 103, 1 adnotavimus. — In scribendo verbo *exsistere* librarius codicis A *s* post *x* aut posuit (p. 102, 7. 106, 19) aut omisit (p. 103, 21. 104, 1), quem usum ego ubique secutus sum. At *quattuor*, quod p. 102, 16 enotatum inveni ex A, dedi etiam p. 101, 4, ubi ex silentio idem *quatuor* habere videtur. — P. 101, 15 et sana grammaticae ratio et contextus Graecus suadent *manifestum* pro *manifestus*. — P. 102, 20 in *per*, quod seclusi, vestigium antiquae scripturae servatum esse apparet collato Isid. p. 116, 19 et Epiphan. p. 263, 20. Nimirum pro κόπτεϲθαι, quod apud Epiphanium legitur, in alia eius tractatus forma olim fuisse videtur κοπή, unde *cope* pro *per* hoc loco, idemque pro *cote* p. 116, 19 restituendum. — P. 105, 14 verba *qui coepit ferire pecuniam*, quoniam *qui* abest ab A, pro glossemate habeas, quam suspi-

tionem augeat collatus Epiphanii locus supra p. 266, 18; sed vide ibid. p. 269, 16. — Denique hoc loco mentio facienda est codicis Bernensis in prol. § 124, I ex Useneri litteris adumbrati.

123—127. Ex Isidori etymologiarum libris quae capita in hanc collectionem contuli, ea quam emendatissima edidi ex tribus codicibus vetustissimis quos Frid. Otto in recensendo Isidori opere turpiter neglexit recentioribus codicibus iisque multo deterioribus incredibili animi socordia praelatis. Sunt autem illi vetustiores quos dixi

A = cod. Guelferbytanus Weissenb. 64, membranaceus forma quadrata, saeculi VIII; continet Isidori etymologiarum libros XX foliis 338;

B = cod. Monacensis Lat. 6250 saec. IX (olim Frisingensis 50);

C = cod. Monac. Lat. 4541 saec. X (olim Benedict. 41). Ex his Guelferbytanum excussi aestate anni 1864; Monacensium codicum scripturam insigni humanitate misit ad me Guil. Christius, cui ob eam rem gratias egi in exordio prioris voluminis. Qui cum ad Ottonianam editionem codices contulisset, ego omnem eorum scripturam quae ex silentio, ut aiunt, efficitur notavi addita littera *v*, i. e. *vulgo*. De ratione quam in his Isidoriani operis partibus secutus sum uberiorem disputationem instituere non possum, ne angustiores fines quibus haec praefatio circumscribitur immodice egrediar: faciam igitur, si potero, alio loco; sed hoc omitti non posse video permulta glossemata et interpolationes vel in hac exigua totius operis parte inveniri. Ac primum commemoro duas eius generis corruptelas easque graviores abesse ab A (v. adnot. ad p. 109, 6 et 122, 4 coll. Ottone p. 486, 3. 522, 1); tum alio loco ex eodem codice similis additamenti originem perspicue cognosci. Etenim verba quae apud nos p. 110, 20 ss. leguntur in A sic perscripta sunt:

Pondus prius legitur moyses inuenisse
Primus fiton argiuus ponder$_{\chi}$ rationem

cetera. Ex his *Pondus* pertinet ad priora; verba autem *prius legitur moyses inuenisse* addita esse apparet ab

homine sacrarum litterarum studioso, qui Phidoni pagano hunc honorem tribui nollet, ut primus pondera invenisse diceretur; ac praeterea ipse Isidorus viam glossematis adscribendi quasi praemonstraverat his verbis: *et licet alii antiquiores extiterint.* Iam hoc breve glossema quod in A deprehenditur, in Monacensibus libris atque Gudiano I quo Otto usus est sic est amplificatum: *Primus Moyses qui omnes antecedit gentilium philosophos* (*filosofos* B[1]) *tempore novit* (*nobis* Otto) *et numeros et mensuras et pondus in diversis scripturae suae* (*scripturisue* B[1]) *locis narravit.* Tertia autem eiusdem glossematis forma vulgata erat ante Ottonem: *Primus Moyses in heremo filiis Israel pondera et mensuras dedit;* quarta est in Gudiano II: *Primus Moyses Hebraeis, prius Sidon Argivis ponderum rationem* cet. Tantam igitur corruptelarum labem una brevior glossa secum traxit. quo demonstrato facilius ab omnibus concedetur etiam in A haec interpolata esse quae iam in conspectu propositurus sum: p. 108, 1 *undique* ex vs. 3 inculcatum est ab homine qui *quoque* coniunctionem esse putaret. Sed et haec ipsa coniunctio aliena est ab hac tabula mensurarum et *undique versum* minus aptum quam *quoque versum.* Nam aut sic scripsit Isidorus (ut Caesar d. b. G. 3, 23, 2 et *quoque versus* idem 7, 4, 5. 14, 5) aut *quoquo versum* cum Columella, quem omnino in hac tabula componenda secutus est (v. fr. 111 § 4). — p. 111, 11 *ea* obscurum est post verba *haec et moneta vocata* et haec ipsa per se suspecta; quibus eiectis omnis oratio bene procedit. — p. 112, 12 verba *latine* etc. variant eam sententiam quae § 9 legitur; ab hoc autem loco aliena sunt. — p. 115, 9 non potest Isidoro tanta barbaries tribui, ut *talentum minor medius* cet. dixerit, haec igitur omnia sine dubio eiicienda (eadem corruptissima esse iudicat Ritschelius ad Plaut. Most. v. 647), nec quidquam operae in his explicandis perdendum. — p. 116, 10 *qui triplicatus* est coclear, eadem igitur Latini sermonis ignorantia hoc etiam loco prodit interpolatorem. — p. 118, 2 ss. haec omnia variata sunt ad similitudinem eorum quae antea scripsit ipse Isidorus. — p. 119, 8 verba *modius enim* cet. partim repetita sunt ex

initio eiusdem paragraphi, partim plane aliena ab Isidori argumento; atque etiam vestigia quaedam in B et C glossema indicant.

Praeterea haec fere adnotanda videntur: p. 109, 2 *lira* ex C (B), non *lyra* cum A, scripsimus secundum Columellam 2, 4, 8: *liras autem rustici vocant easdem porcas, cum sic aratum est, ut inter duos latius distantes sulcos medius cumulus siccam sedem frumentis praebeat.* Quamquam huius ipsius loci comparatio aliam suspitionem movet, utrum genuina illa sint quae contorta e Columellae verbis apud Isidorum leguntur, an ea quoque interpolata. — P. 112, 16 negari vix posse existimo, quin post *accepit* interciderit Graecum ὀβολός (an ὀβελός?); atque idem valere videtur ad eiusdem paginae vs. 9, ubi Graecam appellationem eius arboris restituendam esse duxi, cuius fructus graece κεράτια, latine siliquae vocantur (conf. vol. I p. 89). Vide praeterea infra ad p. 120, 4. - P. 113, 2 *argenti* non tentandum, quamvis proclive videatur *argentei* scribere: conf. p. 121, 22. — P. 114, 5 scripturam codicis A *appendeat* comprobant excerpta ex Isidoro p. 140, 17 (*appendent* pro *appendunt*) et Apic. 8, 7 extr. (*appendeas*) — P. 114, 14, ubi vulgatum *vinciat* retinui, Isidorus *uniciat* scripsisse videtur ex novo quodam verbo *unicire*, quod similiter finxerit ac p. 117, 9 *congire*. — P. 116, 3 dubitatio relinquitur de activa forma *metire*, quam pro *metiri* habent AC. Mihi ex iis locis quos novi haec de Isidori usu loquendi regula constituenda videtur, eum activis formis abstinere, passivis autem promiscue et activam et passivam vim tribuere. Nam leguntur cum vi activa *metitur* p. 114, 17. 119, 16 et *metiuntur* p. 116, 6; contra cum vi passiva *metitur* p. 117, 7 et *metiatur* p. 120, 16. — P. 116, 19 de *cote* vide supra ad fr. 122. — P. 118, 12 integrum est *eo* in verbis *inde tracta est eo quod*: conf. p. 113, 15 *ideo — eo quod*, et p. 121, 20 *propterea — eo quod*. — P. 120, 4 verba *haec graece a figura sui* cet. per se ita explicari possunt, ut *amphora* inepte ex ἀμφί et *auris* derivatum esse dicas. Verum certe Isidorus ipse hac culpa purgandus est, qui *amphora* recte ex ἀμφί et φέρειν duxerit (vs. 3).

Ergo aut illa quae dixi interpolata sunt, aut Isidori genuina oratio turbata est eo loco, ubi *dicta dicitur* in A suspectum est collatis reliquis codicibus. Quodsi pro *dicta* interponas Graecum ὤατον, quod vocabulum servatum est in Heronianis reliquiis (Ster. Il. 3. 25), nihil iam suspecti hoc loco relinquitur. — P. 123, 7 notam talenti T^, in omnibus libris corruptam, servavit integram codex Mutinensis fr. 136, 22.

128. Vide Gromat. ed. Lachmann. p. 95, 11—96, 20.

129. V. ibidem p. 245, 5—246, 6. Ad hanc tabulam omnem codicis Arceriani (*A*) variam scripturam ex Lachmanni editione repetivi.

130. 131. V. ibidem p. 354, 2—10 et p. 359, 11.

132. Tabulam codicis Bobiensis repetivi ex Endlicheri libro: vide prol. § 122 adn. 1.

Denique Graecus scriptor quem Calvus secutus est addidit notas ponderum ac mensurarum. Hic apparet Calvum proprios notarum ductus, quos in Graeco libro invenit, ne novi typi in officina faciendi essent, exhibere noluisse, pro his autem primas litteras cuiusque vocabuli posuisse. Sed in libro illo Graeco sine dubio similes notae fuerunt iis quas in priore volumine passim edidimus, et de talenti nota confer Salmasium supra a nobis citatum (I p. 81, V).

De apparatu Petri Danielis.

Iam cum ad calcem huius praefationis pervenerim, re- 124
stat ut ex litteris quas prompto ac benevolo studio ad me dedit H. Usenerus describam apparatum Petri Danielis[1]), qui Bernae servatur (cod. 189 in fol.). Nimirum vir ille doctus consilium ceperat scriptores de mensuris ac ponderibus edendi, multaque quae ad propositum pertinerent collegerat. Sic exstitit apparatus manu scriptus, quo haec continentur:

I. Apographum codicis Bernensis A 57 saec. X (form. quadr.). Continet hic liber foliis XVI veterem Epiphanii versionem hoc titulo: INCIPIT EPIFANII | EPI CYPRIANI CIROTUS | DE HIS QUAE IN DIUINA SCRIP | TURA SUNT MENSURIS ATQ. PONDERIBUS. | ΛΑΝΔΕΦΡΗΔΟC. | ***Si quis uult eorum*** cet. Extrema sunt ***Talentum super omnia pondera quibus alia appenduntur excellet.*** Addit Usenerus hos duos quaterniones videri maioris cuiusdam codicis reliquias esse, posteriore demum tempore in singu-

---

vetustissima tabula medicinali (fr. 29, 5, prol. I p. 69 s.) octo olei unciis aestimatur. Nam divide 200 libras Romanas per 288: prodeunt unciae $8\frac{1}{3}$.

1) Petrus Daniel iuris consultus, Servii editor nobilissimus idemque Plauti et Petronii, mortuus est a. 1603 [sic Jöcher. secundum Baillet jugem. des sav.].

lare volumen colligatas. Pertinet igitur haec quae servata est vetustae versionis pars ab initio libri Epiphaniani (p. 4 ed. Dindorf.) paene usque ad finem, nam post talenti definitionem (p. 32 vs. 16 Dind.) pauca admodum in Graeco contextu leguntur. Ergo differt eadem ab ea versione quam nos edidimus (fr. 122), quae tantum mensuras ac pondera continet, non reliquas res sane alienas a proposito (prol. § 87). Sed redeam ad apparatum Danielis. Huius igitur codicis apographum facit primam partem illius voluminis: sequitur L. Danaei epistula Genabo ad Ligerim data, qua ille ostendit se apographum a Daniele missum suis adnotationibus auctum remisisse[2]). Tum haec inveniuntur:

II. folium formae octavae hoc titulo '*Ex. v. cod. Errici Memmii Volusii Metiani*'.

III. duo folia formae maioris: '*Isidori Iunioris Hispalensis Episcopi De Ponderibus ex XVI libro Etymolog. cap. 24*'. Adnotata est varia nescio quorum codicum scriptura.

IV. folium unum, ubi *follis* et μιλιάριον (immo μιλιαρίσιον) explicantur.

---

2) Hoc est epistulae initium: *P. Danieli Togato et sibi chariss.* | *L. Danaeus in Christo s. p. D.* | *Remitto ad te mi Daniel eam quam de Epiphanio Ancorato Latinam fecisti partem quae apud me reliqua erat. quae si diutius, quam speraras, a me retenta est, id non tam tui oblivioni, quam meae pigritiae et ingenii ruditati tribuas, quoniam* (an *qua*?) *id non assequebar facile quod multis in locis occurrebat. Emendavi igitur multa, sed dum in calce tuae versionis versarer, ecce e nostris studiosus quidam Epiphanium totum a Iano Cornario Latine iampridem factum attulit. In qua legi ea ipsa translata quae a te conversa sunt. Id quod te nescire nolui, ut ne actum agas, nisi si quas annotationes forte edere in ipsam Cornarii versionem malueris.* Ad quae Usenerus haec acute adnotavit: *Hieraus geht hervor, dass Danaeus den Auftrag des P. Daniel ganz falsch verstanden haben muss. Die vorhergehende Abschrift des cod.* A 57 *ist von Danaeus ganz durchcorrigirt (auch gelegentlich mit Anmerkungen versehen, z. B. gleich* fol. 1 *über dem Titel des Buches* Ancyrotus), *offenbar unter der Voraussetzung, dass P. Daniel die (vermeintlich) selbst gefertigte* Version dem *griechischen Texte als Erläuterung* gegenüber stellen woll.

V. duo folia, quae continent emendationes in Graecum Epiphanii contextum. In margine adnotatum '*Cassander* (an *Cassonides*?) *in Liturgia meminit vet. Interpretis Epiphanii*'.

VI. duo folia eiusdem argumenti hoc titulo '*In Epiph. de ponderibus Et mensuris*'.

Praeterea Daniel nonnullos libros impressos collegerat suasque notas et varias codicum scripturas adiecerat, quae collectio nunc est codex K 178. In hoc volumine cum alia tum Prisciani, Rhemnii Fanni, Bedae Angli, Volusii Maeciani libri inveniuntur.

Haec Usenerus, quae satis demonstrant maximo opere optandum esse, ut illius apparatus uberiorem cognitionem quam primum habere liceat.

METROLOGICI SCRIPTORES
ROMANI.

108. *E M. Terentii Varronis de lingua Latina libro V* (169—174).

Multa pecuniae signatae vocabula sunt. aeris et 169 argenti haec: as ab aere. dupondius a duobus ponderibus, quod unum pondus assipondium dicebatur. id ideo, quod as erat libra pondus. deinde ab numero reliquum dictum usque ad centussis, ut as singulari numero, ab tribus assibus tressis, et sic proportione usque ad nonussis. in denario numero hoc 170 mutat, quod primum est ab decem assibus decussis, secundum ab duobus decussibus bicessis. reliqua conveniunt, quod est, ut tricessis, proportione usque ad centussis, quo maius aeris proprium vocabulum non est. nam ducenti et sic proportione quae dicuntur, non magis asses quam denarii aliaeve quae res significantur.

---

4. a] ab *Pri* 6. pondo *Mommsen. Gesch. d. Röm. Münzw. p. 193 adn. 75* 7. reliquum dictum *om. Pri* centussem *Pri* ut as singulari numero *om. Pri (probat Spe p. 13)* a *ante* singulari *add. N* 10. decusis *N* 11. decusibus *N* bicesis *N*, vicessis *Pri post* bicessis *F N add.* quod dici solum (solitum *Turneb.*) a duobus decussibus *(om. N)* bicensis (bicessis *vel* bigessis *alii*) 12. tricensis *N* 13. *post* centussis *codices Prisciani add.* quod et Persius ostendit, Et centum Graecos uno centusse licetur, *quae non scripsit ipse Priscianus (Spe p. 13)* quo] quod *N* 15. aliaeve quae] aliaeque Pri

171 Aeris minima pars sextula, quod sexta pars un-
ciae. semuncia quod dimidia pars unciae. se valet
dimidium ut in selibra et semodio. uncia ab uno
dicta. sextans ab eo quod sexta pars assis, ut qua-
drans quod quarta, et triens quod tertia pars. semis
quod semias, id est [ut] dimidium assis, ut supra
dictum est. septunx a septem et uncia conlisum.
172 reliqua obscuriora, quod ab deminutione, et ea quae
deminuuntur ita sunt, ut extremas syllabas habeant.
ut deunx dempta uncia, dextans dempto sextante,
dodrans dempto quadrante, bes, ut olim des, dempto
triente.

173 In argento nummi: id ab Siculis. denarii, quod
denos aeris valebant, quinarii, quod quinos. sester-
tius, quod semis tertius, dupondius enim et semis
antiquus sestertius est, et veteris consuetudinis ut
retro aere dicerent, ita ut semis tertius, quartus se-
mis pronuntiarent. ab semis tertius sestertius dictus.
174 nummi denarii decuma libella, quod libram pondo as
valebat, et erat ex argento parva. sembella, quod

---

1. unciae est. semuncia *Pri* 2. semiuncia *N* se] sic *FN rel.* se valet *usque ad* semodio *om. Pri* 4. assis, ut] assis est *Pri* 6. semias] semis *Pri* ut *seclusi idemque om. Pri* 7. collisum *Pri*, conclusum *FN et rel. libri Varronis* 8. diminutione *Pri* 10. deunx] de una *FN*, una *Pri*, *emendavit Spe (p. 14) idemque eiecit* deunx *quod libri Varronis et Priscianus post* uncia *habent* 14. sextertius *N*, *idemque vs. 16* 15. quod semis tertius] duobus semis *Pri*, quod duobus semis additur *Muellerus e coni.* 17. aera *Pri* ita ut — pronuntiarent] ut semis quintus, semis quartus, semis tertius nuntiarent *Pri* 18. sestertius *om. N* 19. decuma] a decima *Pri* quod libram *cet. om. Pri* as] aeris *Scioppius et Mue* 20. *simbella N*

libellae dimidium, quod semis assis. teruncius a tribus unciis, quod libellae ut haec quarta pars, sic quadrans assis eadem.

109. *Ex eodem libro locus de agri mensuris* (V. 34. 35).

Ager dictus in quam terram quid agebant, et unde 34
quid agebant fructus causa: alii, quod id Graeci dicunt
ἀγρόν. ut ager quo agi poterat, sic qua agi actus.
eius finis minimus constitutus in latitudinem pedes
quattuor — fortasse an ab eo quattuor, quod ea qua-
drupes agitur — in longitudinem pedes centum vi-
ginti; [in] quadratum actum et latum et longum esse
p. centum viginti. multa antiqui duodenario numero
finierunt, ut duodecim decuriis actum. iugerum di- 35
ctum iunctis duobus actibus quadratis. centuria primo
a centum iugeribus dicta est, post duplicata retinuit
nomen, ut tribus a tribus multiplicatae idem tenent
nomen.

110. *Ex eiusdem libro de re rustica I* (10).

Modos quibus metirentur rura alius alios constituit. nam in Hispania ulteriore metiuntur iugis, in

---

1. terruncius *N* 2. quod *om. Mue*
7. alii quod *Spe*, aliquod *F*, an quod *La*, *qui haec et cetera usque ad* ἀγρόν *uncis interclusit* 8. αrpo *F* quo *Turnebus*, quod *F* 11. et 13. centum viginti *FLa*, CXX *vulgo* 12. in *seclusi coll. de r. r. lib. I, 10, hinc Spe* esse p.] ẽ & *F*, esse *vulgo* 14. duodecim *FLa*, XII *vulgo* actum] actŭs *F*, *voluit igitur librarius* actum *corrigere (Spe)* 15. primo a] prima *F* 16. est *F*, *vulgo om.* 17. a *tribus La*, actibus *F*, vulgo om.

Campania versibus, apud nos in agro Romano ac Latino iugeris. iugum vocant quod iuncti boves uno die exarare possint. versum dicunt centum pedes quoquo versum quadratum. iugerum quod quadratos duos actus habeat. actus quadratus qui et latus est pedes CXX, et longus totidem. is modus acnua latine appellatur. iugeri pars minima dicitur scripulum, id est decem pedes et longitudine et latitudine quadratum. ab hoc principio mensores nonnunquam dicunt in subsicivum esse unciam agri aut sextantem seu quid aliud, cum ad iugerum pervenerunt, quod habet iugerum scriptula CCLXXXVIII, quantum as antiquos noster ante bellum Punicum pendebat.

Bina iugera, quot a Romulo primum divisa dicebantur viritim, quae heredem sequerentur, heredium appellarunt. haec postea centum centuria. centuria est quadrata in omnes quattuor partes, ut habeat latera longa pedum MMCD. haec porro quattuor

---

2. iugum] iugerum *M* 3. possunt *M* 5. qui est latus C. XX pedes et longus totidem *M* 6. centum viginti *Ve* modius *Ve* acuna *M*, ac mina *Ve* 7. latinae *L* 8. pedes in longitudinem et latitudinem *vulgo* 10. subsicinum *M* 11. seu] si *LMP*ᵏ*Ve*, aut *vulgo* pervenerunt quod habet *om. M* 12. quod *LP*ᵏ, quot *Ve* scriptula *L*, scripula *MP*ᵍ *vulgo*, scrupula *Ve* CC(L)XXXVIII *L*, CLXXXVIII *M*, CCLXXXVIII *P*ᵏ, ducenta octoginta-octo *Ve* 13. quantus *P*ᵍ *falso* as antiquos *LP*ᵍᵏ, ad antiquos *M*, autem ad ant. *Ve* noster] nrõs *M*, nostros *Ve* 14. pendebant *Ve* 15. quot *La*, quod *libri* 16. quaeque haeredem *Ve* haeredium *Ve*, heredem *M* 17. a centum centuria *Ve*, a centum centuria dicta *vulgo* 18. habeant *M* 19. pedum M. M. C. ∂ *L*, pedum M. M. C. *M*, *M. M. C. pedes Ve (de P vide praef.)*, pedum ∞ ∞

centuriae coniunctae, ut sint in utramque partem binae, appellantur in agris divisis viritim publice saltus.

111. *Tabula agrestium mensurarum e Columellae libro V.*

(Vide prol. § 110.)

1. Modus omnis areae pedali mensura conprehenditur, qu*ae est* digitorum XVI. pes multiplicatus in passus et actus et climata et iugera et stadia centuriasque, mox etiam in maiora spatia procedit.

2. Passus pedes habet quinque.

3. Actus minimus, ut ait M. Varro, *in* latitudinem pedes IIII. longitudinis habet pedes CXX.

4. Clima quoquo versus pedum est LX.

5. Actus quadratus undique finitur pedibus CXX. hoc duplicatum fecit iugerum, et ab eo quod erat iunctum nomen iugeri usurpavit. sed hunc actum provinciae Baeticae rustici agnuam vocant, itemque XXX pedum latitudinem et CLXXX longitudinem porcam dicunt. at Galli candetum appellant in areis

---

D *(hoc* D *cum transversa linea) Ge*, *eadem addito* C *ante* D *Sch* haec *L*, hec *M*, hae *VeP*[k]

1. ″coniunctae ″centuriae *L* utranque *LVe* binae] bene *M* 2. et sic *ante* appellantur *add. Ve* publicę *L*, publice *Ve*

6. omnis *ce*reae *S* comprehenditur *Ve* 7. quae est] quia *S*, qui *Ve* *pes multip*licatus *S* 8. climmata *S* 10. quique *Ve* 11. in *addidi e Varrone (supra p. 51,9)* 12. quattuor *Ve* 15. facit *Ve* erit *S* 16. usurpabit *SP* 17. beticae *Ve*, bethicae *P* acnuam *vulgo*, agmiā *Ve* 18. triginta *Ve* CXXV *Ve*, CLXXV *P* *porcā S* 19. calli gandetum S, sed ex c cauda adscripta factum g

urbanis spatium centum pedum, in agrestibus autem pedum CL [quod aratores candetum nomenant]; semiiugerum quoque arepennem vocant.

6. Ergo, ut dixi, duo actus iugeri efficiunt longitudinem pedum CCXL, latitudinem pedum CXX, quae utraeque summae in se multiplicatae quadratorum faciunt pedum milia XXVIII DCCC.

7. Stadium deinde habet passus CXXV, id est pedes DCXXV, quae mensura octies efficit ∞ passus. sunt ea m. p. V.

8. Centuriam nunc dicimus, ut idem Varro ait, ducentorum iugerum modum. olim autem ab centum iugeribus vocabatur centuria, sed mox duplicata nomen retinuit, sicuti tribus dictae primum a partibus populi tripertito divisi, quae tamen nunc multiplicatae pristinum nomen possident.

9. Haec non aliena nec procul a ratiocinio quod tradituri sumus breviter praefari oportuit. nunc veniamus ad propositum. iugeri partis non omnis posuimus, sed eas quae cadunt in aestimationem facti operis. nam minores persequi supervacuum fuit, pro quibus nulla merces dependitur.

1. cen*tũ* *S* 2. nomenant *S*, *et sic scripsit interpolator; super* e *add.* i *manus paulo recentior* 4. iugerum *Ve* 5. CXX] CCXX *S* 6. quae utraeque *om. P* 7. XXVIII dCCC *S* 9. mille *Ve* passus· sunt campum *S (v. praef.)*, passus. sic ueniunt quinque milia pedum *Ve*, sunt passus is ueniunt *cet. P* 12. *post* ducentorum *Ve add.* numero 14. sicut *Ve* 15. tripartito *Ve* 17. procul *a* rat(i)ocinio *S* 18. braeviter *S* 19. possumus *SVe (v. praef.)* 20. estimationem S 22. mercede penditur *SP*

10. Igitur, ut diximus, iugerum habet quadratorum pedum $\overline{\text{XXXVIII}}$ DCCC, qui pedes efficiunt scripula CCLXXXVIII.

11. Ut a minima parte, id est ab dimidio scripulo incipiam, pars DLXXVI pedes efficit L, id est iugeri dimidium scripulum.

12. Pars CCLXXXVIII pedes centum, hoc est scripulum.

13. Pars CXLIIII pedes CC, hoc est scripula duo.

14. Pars LXXII pedes CCCC, hoc est sextula, in qua sunt scripula IIII.

15. Pars XLVIII pedes DC, hoc est sicilicus, in quo sunt scripula sex.

16. Pars XXIIII p. ∞CC, hoc est semuncia, in qua scripula XII.

17. Pars XII p. $\overline{\text{II}}$ CCCC, hoc est uncia, in qua sunt scripula XXIIII.

18. Pars VI p. $\overline{\text{IIII}}$ DCCC, hoc est sextans, in quo scripula XLVIII.

19. Pars IIII p. $\overline{\text{VII}}$ CC, hoc est quadrans, in quo scripula LXXII.

20. Pars III p. $\overline{\text{VIIII}}$ DC, hoc est triens, in quo scripula XCVI.

---

2. $\overline{\text{XXQII}}$·dCCC *S*, milia XXVIII·dCCC *Ve* scrupula *Ve ubique*, *corr. P* 3. CCLXXXQII *S* 5. pars aLXXQ *S*, pars CCIXXXVIII *Ve*, pars DLXXII *P* efficiūt *Ve* 7. pedes C quae est *Ve* 9. et 10. pars septuagensima et secunda pars CXLIIII pedes CC hoc est scripula duo. pedes $\overline{\text{CCCC}}$ hoc est sextulā *S*, Pars. IXXII. pedes: pars. XlIIII. pedes. CC. hoc est scrupula duo. Pedes. CCC. hoc est sextula *Ve* 12. $\overline{\text{dc}}$ *S* 14. p. M. CC *Ve* 16. p. II. CCCC *Ve*, et sic infra (milibus non *distinctis lineola superposita*) 22. $\overline{\text{dc}}$ S

21. Pars III et XII p. $\overline{\text{XII}}$, hoc est quincunx, in quo scripula CXX.

22. Pars dimidia p. $\overline{\text{XIIII}}$ CCCC, hoc est semis, in quo scripula CXLIIII.

23. Pars dimidia et duodecima p. $\overline{\text{XVI}}$ DCCC, hoc est septunx, in quo scripula CLXVIII.

24. Partes duae tertiae p. $\overline{\text{XVIIII}}$ CC, hoc est bes, in quo scripula CXCII.

25. Partes tres quartae p. $\overline{\text{XXI}}$ DC, hoc est dodrans, in quo scripula CCXVI.

26. Pars dimidia et tertia p. $\overline{\text{XXIIII}}$, hoc est dextans, in quo scripula CCXL.


27. Partes tertiae II et quarta p. $\overline{\text{XXVI}}$ CCCC, hoc est deunx, in quo scripula CCLXIIII.

28. Iugerum p. $\overline{\text{XXVIII}}$ DCCC, hoc est as, in quo scripula CCLXXXVIII.

112. *E Frontini libro II de limitibus.*

(Vide prol. § 111.)

p. 30 *La* Primum agri modum fecerunt quattuor limitibus clausum




1. quincuncxs *S*, quincuns *Ve* 2. CX *S* 5. et XII. p. XIII. dCCC *Ve* 6. septuns *Ve* CLXII · X *S*, CIXXXIIX *Ve* 7. partes duae tertiae *supra lineam habet S ab altera manu, ut videtur* p. XXIIII. CC. hoc est pes: in quo scrupula. CCXIII *Ve* 9. pedes $\overline{\text{XX}}$ · Id · C · *S* 11. destas *S*, destans *Ve* 12. CCXIII *Ve* 13. pars[te] *S* tertiae et II *S*, tertiae secundae *Ve* p. *XXIII*·CCCC *Ve* 14. deunxs *S*, deuns *Ve* 15. pedes *XX$\overline{\text{VIII}}$* d$\overline{\text{cc}}$c *S*, pedes XXVII.dCCC *Ve*

plerumque centum pedum in utraque parte, quod Graeci plethron appellant, Osci et Umbri vorsum: nostri centenos et vicenos in utraque parte, cuius ex IIII unum latus, sicut diei XII horas, XII menses anni, XII decempedas esse voluerunt. ex actibus conicio acnuam primum appellatum . . . dictum fundum. hi duo fundi iuncti iugerum definiunt



deinde haec duo iugera iuncta in unum quadratum agrum efficiunt, quod sint in omnes partes actus bini in hunc modum



quidam primum appellatum dicunt sortem, et centies ductum centuriam. sunt qui centuriam maiorem modum appellant, ut Cremonae decem et ducentum; sunt qui minorem, ut in Italia triumviralem iugerum quinquagenum.

113. *E Balbi ad Celsum expositione et ratione mensurarum.*

(Vide prol. § 112.)

1. Mensura est conplurium et inter se aequalium p. 94 *La*
intervallorum longitudo finita, ut pes per unciam, per

1. centum *libri*, centenum *La* 2. Greci *libri La* 3. cente^{nos} et uicenos *A*, uicenos et centenos *E*, centenum et uicenum *La* 6. appellatum] *conf. vs. 11. 12 post* fundum *duae falsae figurae sunt in A (vide apud La diagramma 31): ego genuinam figuram eamque post* definiunt *restitui* 10. *post* modum *falsa figura est in A (apud La 32)* 13. Cremone *ALa*, cremonam E decem *libri*, denum *La* ducentam *A*, ducenta E, ducenum La

pedem decempeda, per decempedam actus, per passum stadium, per stadium miliarium, et his similia.

2. Mensurarum appellationes quibus utimur sunt duodecim, digitus, uncia, palmus, sextans, pes, cubitus, gradus, passus, decempeda, actus, stadium, miliarium.

3. Minima pars harum mensurarum est digitus: siquid enim infra digitum metiamur, partibus respondemus, ut dimidiam aut tertiam.

4. Uncia habet digitum unum et tertiam partem digiti.

5. Palmus habet digitos IIII, uncias III.

p. 95 *La* 6. Sextans, quae eadem dodrans appellatur, habet palmos III, uncias VIIII, digitos XII.

7. Pes habet palmos IIII, uncias XII, digitos XVI.

8. In pede porrecto semipedes duo, in pede constrato semipedes IIII, in pede quadrato semipedes VIII.

9. Cubitus habet sesquipedem, sextantes duas, palmos VI, uncias XVIII.

10. Gradus habet pedes IIS.

11. Passus habet pedes quinque.

12. Decempeda, quae eadem pertica appellatur, habet pedes X.

13. Actus habet longitudinis ped. CXX, latitudinis ped. CXX.

14. Stadium habet pedes DCXXV, passus CXXV.

15. Miliarium habet passus mille, ∞ p. V, stadios VIII.

---

10. Uncia habet digitum unum et tertiam *Memmianus liber apud Rigaltium, om. libri a La collati* 13. quae *E,* que *reliqui et La* 20. II. S. *plerique,* duosemis *G, unde duo semis La* 27. ∞ p. v *Vaticanus,* pedes V̄ *reliqui, milia pedum V La*

16. Mensurae aguntur generibus tribus, per longitudinem et latitudinem et altitudinem, hoc est rectum, planum, solidum. p. 97 La

17. Rectum est cuius longitudinem sine latitudine metimur, ut lineas, porticus, stadia, miliaria, fluminum longitudines, et his similia.

18. Planum est quod Graeci epipedon appellant, nos constratos pedes, in quo longitudinem et latitudinem habemus. per quae metimur agros, aedificiorum sola, ex quibus altitudo aut crassitudo non proponitur, ut opera tectoria, inauraturas, tabulas, et his similia.

19. Solidum est quod Graeci stereon appellant, nos quadratos pedes appellamus, cuius longitudinem et latitudinem et crassitudinem metimur, ut parietum structuras, pilarum, pyramidum aut lapidum materias, et his similia.

114. *Ex Hygini libro de condicionibus agrorum.*

(Vide prol. § 111.)

1. Hoc quoque non praetermittam quod plerisque locis inveni, ut modum agri non iugerum sed aliquo nomine appellarent, ut puta [qua] in Dalmatia versus 122 La appellant. idem versus habet p. $\overline{\text{VIII}}$ DCXL. ita iugero versus numero sunt III ZZ. ego autem quotiens

---

1. *ad* § *16—19 in libris appictae sunt quaedam figurae (apud La 68—71)* 7. Greci *libri La*

21. aliquo] *immo* alio quo: *conf. p. 60, 9* 22. qua *B*, om. *G*, quo *La* in Dalmatia] in campania quod *G* 24. uersus *non sunt B*, sunt uersus numero GLa $\overline{\text{III}}$.L.L. *B*, $\overline{\text{III}}$. L. *G; de nota trientis vide praefationem*

egeram mensuram, ita renuntiabam, IVGERA TOT, VERSVS TOT, ut, si forte controversia esset versum habere pedes $\overline{\text{VIII}}$ DCXL, in iugeribus tamen fides constaret. in provincia quoque Narbonensi varia sunt vocabula: alii appellant libram, alii parallelam. in Hispania centurias. ita, sicut dixi, in consuetudine alicuius regionis inveniemus [sicut videtur] ita renuntiandum, IVGERA TOT, VERSVS TOT, sive LIBRAE TOT, sive quod aliud vocabulum aliquo modo comprehensum fuerit. ita cum iugera adscripta fuerint, licet peregrinis vocabulis possit aliquid . . . iugerum nobis ratio fuit, fidem servabit.

2. Neque hoc praetermittam quod in provincia Cyrenensium conperi, in qua agri sunt regii, id est illi quos Ptolomaeus rex populo Romano reliquit: sunt plinthides, *id est* laterculi quadrati uti centuriae, per sena milia pedum limitibus inclusi, habentes singuli laterculi iugera numero ∞CCL. lapides vero inscripti [123 La] nomine divi Vespasiani sub clausula tali, OCCVPATI A PRIVATIS FINES: P. R. RESTITVIT. praeterea pes eorum, qui Ptolomeicus appellatur, habet monetalem pedem et semunciam. ita iugeribus numero ∞CCL, quae eorum mensura inveniuntur, accedere debet pars XXIIII, et ad effectum iterum pars XXIIII, et prodeunt vero effecto monetali pede iugera

4. narbonensem *B*, narbonense *GLa* 6. hispania *G*, spaniam *B*, Spania *La* 6. ita si, ut dixi — inveniemus, [sicut] uidetur ita renuntiandum *La* 9. conprehensum *G*, compraehensum *BLa* 12. fuit] sui *coni. La* 14. cyrinensium *B* 15. ptolomeus *BLa*, phtolomeus *G* 16. id est *Turnebus*, om. libri 20. restituit *Turnebus*, *praestituit* *BG* 25. prodeunt vero effecto\

∞CCCLVI ƵƵ. hunc igitur modum quattuor limitibus mensura S. S. inclusum vocamus medimna ∞CCL, quo apparet medimnon eorum mensura iugerum habere I, monetali autem mensura I — *.

3. Item dicitur in Germania in Tungris pes Drusianus qui habet monetalem pedem et sescunciam.

115. *Volusii Maeciani distributio.*

(Vide prol. § 115.)

VOLVSII MAECIANI
distributio item vocabula ac notae partium in rebus quae constant pondere numero mensura.

Saepenumero, Caesar, animadverti aegre ferentem te, quod assis distributionem et in heredum institutione et in aliis multis necessariam ignotam haberes. quare ne tam exigua res ingenium tuum ullo modo moraretur, cum partes ipsas tum vocabula et notas proponendas existimavi; et deprehendes distributionem quidem partium infinitam, oppido autem quam exigua vocabula et notas.

[1.] Prima divisio solidi, id est librae, quod as

pr uniuero effecto *B*, PR uniuerso effectu *G*, erunt uniuerso effectu *coni. La* iug. *libri et La*

1. *corruptelas numeri* ∞CCCL *in BG vide apud La; excurrentia autem* VIƵƵ *in codicibus contracta sunt in* VIII 2. ∞CCL *add. Rudorffius Gromat. II p. 421* 4. mensuram Icc *B*, mensura I. CC. *G*, '*debet esse* unum, unciam, dimidium scripulum' *La; vide praef.*

10. assis distributio *Bö e coni.* quae constant] pecuniariis *CBö, corr. Mo* 12. Caesar *Mo*, cęsor C, Censor *Bö* 15. quare *Mo*, quae *CBö*

vocatur, in duas partes dimidias diducitur; pars dimidia semis vocatur; nota eius Ṣ. [2.] sequens divisio fit in tres tertias partes; pars tertia triens vocatur; nota eius = =. [3.] sequitur divisio in quattuor quartas partes; pars quarta quadrans vocatur; nota eius = —. [4.] deinceps fit divisio in sex sextas partes; sextae partis nomen est sextans, cuius nota =. [5.] deinde dividitur in octo octavas, quae sescunciae vocantur, quarum est nota Σ—. [6.] item in novem nonas; nona pars vocatur uncia duae sextulae; nota —ʅʅ. [7.] dividitur item as in duodecim partes duodecimas; vocantur singulae unciae, cuius nota —.

[8.] Haec velut elementa primae de asse distributionis aequalitatem servant. si quid quibusdam earum detrahas vel conferas, fient dispares. [9.] quare si quadranti sextantem, vel trienti unciam applices, facies quincuncem, qui constat ex quinque unciis, hoc est quinque duodecimis; nota quincuncis = = —. [10.] si semissi applices unciam, vel quincunci sextantem, vel trienti quadrantem, efficies septuncem, hoc est septem duodecimas; nota septuncis S—. [11.] si septunci applicueris unciam, vel semissi sextantem, vel quincunci quadrantem, vel trienti tantundem, facies bessem, id est duodecimas octo; nota bessis S=. [12.] si bessi applicueris unciam, vel septunci sextantem, vel semissi quadrantem, vel quincunci trientem, dodrantem efficies, hoc est novem duodecimas; nota dodrantis S = —. [13.] si dodranti applicueris unciam, vel bessi sextantem, vel septunci quadrantem, vel semissi trientem, vel quincunci tantundem, facies dextantem, hoc est decem partes duodecimas; nota *dextantis S = =*. [14.] si dextanti applicueris unciam,

vel dodranti sextantem, vel bessi quadrantem, vel septunci trientem, vel semissi quincuncem, facies deuncem, id est undecim duodecimas; nota deuncis S = = -.

[15.] Ex his apparet in quas partes aequaliter, in quas dispares as dividatur. quo tamen facilius et memoria res teneatur, summa divisionis haec est. in asse sunt unciae XII, hoc est partes duodecimae duodecim, unciae et binae sextulae novem, hoc est novem nonae; sescunciae octo, id est octo octavae; sextantes sex, id est sex partes sextae; quadrantes quattuor, id est quattuor partes quartae; trientes tres, id est tres partes tertiae; semisses duo, id est duae partes dimidiae. ceterae partes inaequalem faciunt divisionem. [16.] in deunce sunt unciae undecim, sextantes quinque et uncia, quadrantes tres et sextans, trientes duo et quadrans, quincunces duo et uncia, semis et quincunx, septunx et triens, bes et quadrans, dodrans et sextans, dextans et uncia; deest assi uncia. [17.] in dextante sunt unciae decem, sextantes quinque, quadrantes tres et uncia, trientes duo et sextans, quincunces duo, semis et triens, septunx et quadrans, bes et sextans, dodrans et uncia; deest assi sextans. [18.] in dodrante sunt unciae novem, sextantes quattuor et uncia, quadrantes tres, trientes duo et uncia, quincunx et triens, semis et quadrans, septunx et sextans, bes et uncia; deest assi quadrans. [19.] in besse sunt unciae octo, sextantes quattuor, quadrantes duo et sextans, trientes duo, quincunx et quadrans, semis et sextans, septunx et uncia; deest assi triens. [20.] in septunce *sunt unciae septem*, sextantes tres et uncia, quadran-

tes duo et uncia, triens et quadrans, quincunx et sextans, semis et uncia; deest assi quincunx. [21.] in semisse sunt unciae sex, sextantes tres, quadrantes duo, triens et sextans, quincunx et uncia; deest assi alter semis. [22.] in quincunce sunt unciae quinque, sextantes duo et uncia, quadrans et sextans, triens et uncia; deest assi septunx. [23.] in triente sunt unciae quattuor, sextantes duo, quadrans et uncia; deest assi bes. [24.] in quadrante sunt unciae tres, sextans et uncia; deest assi dodrans. [25.] in sextante sunt unciae duae; deest assi dextans.

[26.] Huc usque divisio maiorum [τῆς μονάδος], ut ita dictum sit, partium et celebris et nota est. sed cum rei natura infinitam partiendi praestet facultatem, succedit unciae quoque, quae est assis, ut supra dictum est, pars duodecima, divisio, non tam celebris quidem, sed tamen non adeo ignota. [27.] ut assis, ita unciae prima divisio fit in duas partes dimidias, quae vocantur semunciae; nota semunciae Σ. [28.] item dividitur uncia in tres partes, quae vocantur binae sextulae; nota binarum sextularum ꝉꝉ. [29.] item dividitur uncia in quattuor sicilicos, id est quattuor quartas; nota sicilici Ͻ. [30.] item in sextulas sex, id est sex sextas; nota sextulae ꝉ. [31.] item in duodecimas duodecim, quas singulas partes dimidias sextulas vocamus; nota dimidiae sextulae ꝉ̇. [32.] item in scriptula viginti quattuor; scriptuli nota ꝉꝉ̇. [33.] est autem assis semuncia pars vicesima

---

12. τῆς μονάδος *Mo; in C^p satis magnam rasuram et vestigia Graecae vocis vidit Bursianus; lacunam non indicant C^vBő*

quarta, duae sextulae pars tricesima sexta, sicilicus quadragesima octava, sextula septuagesima secunda, dimidia sextula centesima quadragesima quarta, scriptulum ducentesima octogesima octava. [34.] semuncia habet sicilicos duos, sextulas tres, dimidias sextulas sex, scriptula duodecim. [35.] duae sextulae habent sicilicum et dimidiam sextulam, sextulas duas, dimidias sextulas IIII, scriptula VIII. [36.] sicilicus habet sextulam et dimidiam, dimidias sextulas tres, scriptula sex. [37.] sextula habet dimidias sextulas duas, scriptula quattuor. [38.] dimidia sextula habet scriptula duo.

[39.] Has quoque partes in quantum libet dividere possis; verum infra eas neque notas neque propria vocabula invenies praeter ea. dimidium scriptulum audio quosdam ratiocinatores simplium vocare, quod erit totius assis quingentesima septuagesima sexta, quam et ipsam partem infinito separare possis. [40.] nec mirum, si infra has partes partitio facta et nominibus et notis caret, cum etiam inter superiores primasque divisiones pleraeque partes et nominibus et notis careant: statim namque undecim undecimae assem efficiunt, nec aut nomen proprium aut notam habent; perinde decem decimae. nam nona assis facit unciam duas sextulas; octava, ut supra redditum est, sescuncia vocatur; septem septimae, quae et ipsae assem implent, nec nomen proprium nec notam habent; sextae sextantes vocantur;

1. et *ante* quarta *add. C; numeros olim scriptos fuisse demonstrat Mo coll. vs. 3, ubi libri* tricesima *habent pro* *quadragesima* 24. nam] iam *coni.* Mo

ne quintae quidem aut nomen proprium aut notam habent; iam vero tertias trientes, quartas quadrantes, sicut duodecimas uncias vocari ostensum est. [41.] infra has ceterae usque sextam decimam nomine proprio notaque carent; sed sexta decima semuncia sicilicus dicetur, nam sedecim semunciae octo sunt unciae, sedecim sicilici quattuor unciae fiunt, iunctae unciis octo assem implent: septima decima deinde interiecta nomine notaque caret: octava decima vocabitur semuncia sextula, nam hae decies octies ductae assem efficiunt: [42.] post has inferiores partes, excepta semuncia, duabus sextulis, sicilico, sextula, dimidia sextula, scriptulo, neque vocabula propria neque notas habent. [43.] centesima, quae commodi aut usurarum nomine ad sortem applicaretur, *solebat olim* sicilico, id est C averso, eo notari quod cum C centum significaret, convertebatur ad eam summam, cuius centesima futura erat, et sive una convenerat, unus sicilicus, sive plures, tot sicilici ponebantur.

[44.] Sicut autem assis appellatio ad rerum solidarum hereditatisque totius, divisio autem eius ad partium demonstrationem pertinet, ita etiam ad pecuniam numeratam refertur, quae olim in aere erat, postea et in argento feriri coepit ita, ut omnis nummus argenteus ex numero aeris potestatem haberet. [45.] eo in numero sunt hi argentei nummi: denarius, cuius est nota Ӿ, quinarius, cuius est nota V̶, sestertius, cuius nota est H̶S. victoriatus enim nunc tantundem valet quantum quinarius; olim ut peregrinus

16. solebat olim *add. Mo* 23. etiam] et *C*^v*Bö* 30. *ut]* **at** *C,* **ac** *Bö*

nummus loco mercis, ut nunc tetrachmum et drachma, habebatur. [46.] denarius primo asses decem valebat, unde et nomen traxit; quinarius dimidium eius, id est quinque asses, unde et ipse vocatur; sestertius duos asses et semissem, quasi semis tertius, Graeca figura ἕβδομον ἡμιτάλαντον, nam sex talenta et semitalentum eo verbo significant; lex etiam duodecim tabularum argumento est, in qua duo pedes et semis sestertius pes vocatur. [47.] nunc denarius XVI, victoriatus et quinarius VIII, sestertius quattuor asses valet.

[48.] Infra quam divisionem sequitur alia quaedam subdivisio, notas aeque et propria vocabula habens. quare si ad denarium rationem conficias, assem hac nota scribas ac voces: semuncia sicilicus ✳ Σ Ɔ; semunciae enim sedecim et sicilici sedecim assem efficiunt. [49.] dupundium hac nota scribas ac voces: sescuncia ✳ Σ −; nam sedecim sescunciae dupundium efficiunt. [50.] tressis hac nota scribas ac voces: sextans sicilicus ✳ = Ɔ; aeque enim sedecim sextantes totidemque sicilici tres asses efficiunt. [51.] quattrussis hac nota scribas vocesque: quadrans ✳ = −; sedecim enim quadrantes quattrussis efficiunt. [52.] quinques hac nota scribas vocesque: quadrans semuncia sicilicus ✳ = − Σ Ɔ; nam sedecim quadrantes ac totidem semunciae sicilicique faciunt quinques. [53.] sexis hac nota scribas nominesque: triens semuncia ✳ = = Σ; aeque enim trientes et semunciae sedecies ducti sexis efficiunt. [54.] septus hac nota

1. tetradrachmum *Bö* et *Mo*; sed hic nunc praefert *tetrachmum cum C*

scribas ac nomines: quincunx sicilicus ✱ = = – Ɔ; simili enim modo quincunces ac sicilici multiplicati septus efficiunt. [55.] octus hac nota scribas ac nomines: semis ✱ S, quibus eodem modo multiplicatis octus reperies. [56.] nonus hac nota scribas appellesque: semis semuncia sicilicus ✱ S Σ Ɔ, ut similiter hac quoque nota, quae vocatur semis semuncia sicilicus, multiplicata nonus invenias. [57.] decus hac nota scribas atque nomines: septunx semuncia ✱ S – Σ; septuncem quoque ac semunciam totiens si duxeris, decus efficies. [58.] undeciaere hac nota scribas appellesque: bes sicilicus ✱ S = Ɔ; nam bes sicilicus totiens ducti undeciaere efficiunt. [59.] duodeciaere hac nota scribas ac voces: dodrans ✱ S = –; dodrantes eodem modo computati duodeciaere efficiunt. [60.] tredeciaere hac nota scribas vocesque: dodrans semuncia sicilicus ✱ S = – Σ Ɔ; dodrantibus semunciis sicilicis eadem ratione multiplicatis tredecim asses efficias. [61.] quattuordeciaere hac nota scribas ac voces: dextans semuncia ✱ S = = Σ; dextantes semunciaeque sedecim aeque quattuordeciaere efficiunt. [62.] quindeciaere hac nota scribas et appelles: deunx sicilicus ✱ S = = – Ɔ; deunx quoque ac sicilicus sedecies ducti quindeciaere efficiunt.

[63.] Ingeniosissime autem, cum ad denarium ratio conficeretur, excurrentis aeris nota inventa est, quae sedecies multiplicata id efficeret: nam cum denarii nota praescribatur, eique subiniungatur aeris excurrentis nota, manifestum est eam sedeciens ducendam ex adnotatione denarii.

---

4. ✱ S om. C in lacuna 28. subiungatur Bö

[64.] Ad quinarium et victoriatum rationem Romae confici nescio: quemadmodum tamen, si velis, conficias, facilius apparebit, si prius inspexeris ad quem modum sestertiaria ratio confiat; tunc enim excurrentis aeris leges exemplum denariariae rationis, et dimidiam duces; vel sestertiariae, et duplicabis.

[65.] Ad sestertium ratio si confiat, semis hac nota scribitur −T; vocatur libella teruncius. est autem libella sestertii decima pars, teruncius quadragesima, quae duae partes iunctae octavam sestertii, id est semissem, efficiunt; nam octo libellis, id est octo decimis, teruncii octo, id est octo quadragesimae (quae fiunt quattuor vicesimae, hoc est duae decimae) adiectae complent sestertium. [66.] sunt enim in sestertio libellae decem, singulae viginti, teruncii quadraginta. [67.] infra semissem nemo temere rationem sestertiariam ducit. potest tamen: nam quadrans, qui est pars sexta decima sestertii, poterit notari singula, quae est vicesima sestertii, et dimidio teruncio, qui est octogesima sestertii; nam utraque haec pars iuncta efficit sextam decimam. [68.] as notari debet =Σ. haec ad sestertium nota vocatur duae libellae singula; fiunt duae decimae et vicesima, hoc est quarta pars sestertii; nam quater binae libellae octo fiunt decimae; quattuor singulae quattuor fiunt vicesimae, hoc est duae decimae, quae superioribus iunctae sestertium complent. [69.] as semis notari debet =−ΣT, vocatur tres libellae singula teruncius, et sunt tres decimae, una vicesima, una quadragesima, hoc est quarta et octava sestertii; supersunt octavae quinque, id est semisses quinque, ut *compleant sestertium.* [70.] dupundius hac nota S:

vocantur quinque libellae, quae sunt quinque decimae; hae duplicatae sestertium implent. [71.] dupundius semis hac nota S – T; vocatur sex libellae teruncius; sunt autem sex decimae et quadragesima, id est dimidia et octava totius; supersunt octavae tres, id est semisses tres, ut sestertium compleant. [72.] tressis hac nota S = Σ; vocatur septem libellae singula; sunt autem pars dimidia et duae decimae et vicesima, hoc est pars dimidia et quarta; desunt duae octavae, id est quarta, quae iuncta impleat sestertium. [73.] tressis semis hac nota S = – Σ T; vocatur octo libellae singula teruncius; sunt pars dimidia et tres decimae et vicesima et quadragesima, hoc est pars dimidia et quarta et octava; superest octava, quae adiecta sestertium conpleat.

[74.] Libella dicta creditur quasi pusilla libra: nam cum olim asses libriles essent, et denarius decem asses valeret, et decima pars denarii libram, quae eadem as erat, singula selibram, quae eadem semis erat, teruncius quadrantem haberet; sive denariaria sive sestertiaria ratio conficeretur, iisdem notis, id est libellarum et singularum et teunciorum, praeposita nota denarii vel sestertii, ut erat ratio, aera exprimebantur. [75.] posteaquam in sedecim asses denarius distributus est, denariaria ratio expeditius confici coepit, ut supra dictum est; sestertiaria mansit sub iisdem notis, aucta tamen computatione. [76.] haec quoque libella exemplo maiorum in duos velut semisses, qui singulae vocantur, et quattuor velut quadrantes, qui teruncii vocantur, dividitur.

[77.] Ponderis eadem divisio est quae aeris. nam *in quas partes* as dividitur, in has et libra dispen-

ditur. [78.] *dicitur* ita as quidem, seu de divisione solidi, seu de pondere, seu de numerata in aere pecunia agatur; libra autem in pondere. nummi vero argentei in pecunia forma publica dumtaxat nomen accipiunt.

[79.] Mensurarum liquoris atque grani expeditior et forma et appellatio est: nam quadrantal, quod nunc plerique amphoram vocant, habet urnas duas, modios tres, semodios sex, congios octo, sextarios quadraginta octo, heminas nonaginta sex, quartarios centum nonaginta duo, cyathos quingentos septuaginta sex. [80.] notae mensurarum:

quadrantalis	q^{I}
urnae	q^{s}
modii	$\mathring{m}^{I}$
semodii	$\mathring{m}^{s}$
congii	Ƶ
sextarii ad vinum	ɔ
ad granum	Σɔ
heminae	Ϥ
quartarii	t(m)
cyathi	TI

[81.] Partium et numeri naturalis causa durat, quamvis nominibus apud quasque gentes differant. ponderis et mensurarum modus incertus est; nam eius dispensio ac dimensio . . . .

---

1. dicitur *add. Mo* 11. cyatos *C* 23. Partium *etc. om. Bö* 24. apud *C*v *ab Helbigio collatus (vide praef.)*, aput *C*p*Mo* differant *Mo*, referat C 25. nam eius\ *numerus C*v *ab Helbigio collatus*

[

vel

velut

[7

in quas

quaeque illarum et in alias partes dividitur quae secundariae sunt ad totum; omnis enim pars partis totius pars est. [4.] quod diximus explanandum est: cuiuslibet integrae rei in duodecim partes divisae semper duodecima pars uncia dicitur, restat vero deunx; et hae sunt partes primae divisionis. [5.] haec de assis partibus tractamus nisi eo modo quo simpliciter sunt partes ut integri totius, species enim illius innumerabiles sunt; nam quotquot sunt integrae unitates, totidem necesse est intelligi assis esse species. [6.] earum unitatum quaelibet divisa in aequales partes sex sextam habebit sextantem, reliquas dextantem; ergo sic potest dividi: pars una assis dextans, altera sextans. [7.] item cuiuslibet rei integrae in quatuor partes aequales divisae quarta pars quadrans vocabitur, reliquae dodrans. [8.] item cuiuslibet rei in tres partes divisae duae illarum bessis nominabitur, reliquae triens. [9.] rursus cuiusvis rei divisae in tales duas partes, quarum altera alteram septima sui totius parte superat, septunx nuncupabitur, superata quincunx. [10.] sexto modo res aliqua integra in duas aequales minutias separatur, quae utraeque semis dicuntur. [11.] septima divisio his adiungi potest; nam rei integrae in octo partes distributae pars quaelibet ex illis sine aliis considerata sescuncia dici potest, reliquae semuncideunx.

[12.] Licet assis plures sint divisiones, tamen his septem numerarii ratiocinatores magis utuntur, et

---

5. restat *Bö*, sexta *Ro*, caeterae *coni. Gr* 7. non nisi *coni. Gr*, nisi *participium esse videri adnotat* Bö 12. *sex add. Gr.* 25. illis *coni. Gr*, iis *Bö*, aliis Ro

pars illa quae est semuncideunx, in frequenti usu non est, unde characterem non̄ habet quo designetur. [13.] as ergo habet unum deuncem, unum dextantem, unum dodrantem, unum bessem, unum septuncem, duos semisses, duos quincunces, tres trientes, quatuor quadrantes, sex sextantes, octo sescuncias, duodecim uncias. [14.] et uncia ablata de asse remanet deunx, sublata uncia de deunce remanet dextans, sublata uncia de dextante remanet dodrans, sublata uncia de dodrante remanet bessis, sublata uncia de besse remanet septunx, sublata uncia de septunce remanet semis, sublata uncia de semisse remanet quincunx, sublata uncia de quincunce remanet triens, sublata uncia de triente remanet quadrans, sublata uncia de quadrante remanet sextans, sublata uncia de sextante remanet uncia, sublata semuncia de sextante remanet sescuncia, hoc est uncia et dimidia, sublata semuncia de sescuncia remanet uncia.

[15.] Et uncia quidem sic dividitur: unciae pars alia semuncia, alia duella, alia siciliquus, alia sextula, alia drachma, alia hemisescla, alia tremissis, alia scripulus scrupulusve. semuncia quidem est medietas unciae, duella tertia pars, siciliquus quarta, sextula sexta, drachma octava, hemisescla duodecima, tremissis sextadecima, scrupulus quarta et vigesima. [16.] quare tremissis continet scrupulum et dimidium, hemisescla duos scrupulos, drachma tres, sextula quatuor, siciliquus sex, duella octo, semuncia duodecim, uncia quatuor et viginti, sescuncia sex et triginta, sextans octo et quadraginta, quadrans duos

---

6. quatuorque Ro   9. dodrāx Ro

et septuaginta, triens sex et nonaginta, quincunx centum et viginti, semis centum et quatuor et quadraginta, septunx centum et octo et sexaginta, bessis centum et duos et nonaginta, dodrans ducentos et sedecim, dextans ducentos et quadraginta, deunx ducentos et quatuor et sexaginta, as ducentos et octo et octoginta.

117. *Loci e Festi libris de verborum significatione atque ex epitome Pauli**).

[17] Actus modo significant — iter inter vicinos quattuor pedum latum, modo in geometrica minorem partem iugeri, id est centum viginti pedum.

[24] Aestimata poena ab antiquis ab aere dicta est, qui eam aestimaverunt aere, ovem decussis, bovem centussis, hoc est decem vel centum assibus.

[33] Bessem appellatum esse, quod bis triens sit, quamvis dura compositio fiat. [besis ex triente. besis VIII sunt unciae. triens tres.]

[54] Centenariae cenae dicebantur in quas lege Licinia non plus centussibus praeter terra nata inpendebantur, id est centum assibus, qui erant breves nummi ex aere.

---

2. et *ante* quatuor *idemque reliquis locis post* centum *et* ducentos *uncis seclusit Bö* 4. et sedecim *Bö*, sedecim *Gr (qui adnotat pro CCXVI librarium accepisse CCXXI)*, unum et viginti *Ro*

*) Numeri uncis inclusi indicant paginas editionis Muellerianae. Loci minoribus litteris expressi ex Pauli epitome repetiti sunt. In Festi locis ea quae probabili coniectura addita sunt cursivis litteris Muellerus significavit.

11. geometrica] gromatica *Lachmann. in Mus. Rhen. II p. 357* 14. estimauerunt *G* centusis *G* 15. decim *G* 16. besem *G* 17. besis *etc. sic edidi e G* 19. Centenarię caenae *G* 20. p̄terraenatab· G, et ab altera *m.* t̄ *super* ter

[59] Centenas pondo dicebant antiqui referentes ad libras.

[53] Centuria in agris significat ducenta iugera.

[53] Centuriatus ager in ducena iugera definitus, quia Romulus centenis civibus ducena iugera tribuit.

[52] Choenica, mensurae genus.

[64] Contrarium aes, grave aes.

[73] Dextans dicitur, quia assi deest sextans, quemadmodum duodeviginti et deunx.

[72] Dispensatores dicti qui aes pensantes expendebant, non adnumerabant. hinc deducuntur expensa sive dispensata vel conpensata; item compendium, dispendium, assipondium, dupondium.

[78] Euboicum talentum nummo Graeco †septem milium et quingentorum cistophorum est, nostro quattuor milium denariorum.

[98] Grave aes dictum a pondere, quia deni asses, singuli pondo libras, efficiebant denarium, ab hoc ipso numero dictum. sed bello Punico populus Romanus pressus aere alieno ex singulis assibus librariis senos fecit, qui tantundem ut illi valerent. item nummi quadrigati et bigati a figura caelaturae dicti.

[100] Hemina ex Graeco ξέϲτου ἡμίσεια, quod est dimidia pars sextarii.

[108] Impensam stipem, aes sacrum, quod nondum erat pensum.

[116] Libella deminutivum est a libra.

[120] Lues] . . . λίτρα enim libra est.

---

1. pando *G, sed ab alt. m.* o *super* a 8. sextas *G* 14. Eub. tal. nummo Graeco sex milium cistophorum est, nostro quattuor milium et quingentorum denariorum *coni. Mommsen. G. R. M. p. 72 (conf. eund. p. 29 adn. 95)* 15. et *correxit altera manus in G; prima manus* ex *vel* e-e *scripsisse videtur* cistoforum *G* quatuor *G (recte supra p. 97 vs. 1)* 17. es G^1, ę s G^2 22. caelature *G* 23. greco *G* ξέϲτου ἡμίϲεια *correxi e scriptura G* xestosimi, *corrupta illa quidem e Graeco* ΞΕϹΤΟΥΗΜΙ' 28. λίτρα] *litra G*

[144] Maximam multam dixerunt trium milium et viginti assium, quia non licebat quondam pluribus XXX bobus et duabus ovibus quenquam multari, aestimabaturque bos centussibus, ovis decussibus.

[157[a]] Milium quidam putant cepisse nomen a maxima †nummorum summa quae est mille.

[165[a]] Nexum est, ut ait Gallus Aelius, quodcumque per aes et libram geritur.

[*Ibid.*] Nexum aes apud antiquos dicebatur pecunia quae per nexum obligatur.

[173[b]] Nonuncium *et sescunciam quod magistri* ludi appellant signif*icat dodrantem et dimidium te*runcium, quod singula sesc*uncia uncia et dimidi*um sit.

[172] Nonuncium et teruncium dicitur, quod novem unciarum sit sive trium.

[173[b]] *Nummum ex Graeco nomismate ex*istimant d*ictum*, *idemque nobis quod νοῦμμον illis* valere, quia *pecuniae nomina a Siculis accepimus*, *quorum* hoc proprium est.

[172] Nummus ex Graeco nomismate dicitur.

[202[b]] Ovibus duabus multabantur apud antiquos in minoribus delictis, ut in maioribus XXX bobus, nec hunc ultra numerum excedebat multatio; quoad, posteaquam aere signato uti civitas coepit pecoraque multaticia incuria corrumpebantur, unde etiam peculatus crimen usurpari coeptum est, facta aesti-

6. '*in cod. videtur esse* nummarum' *Mue* 13. sescuncia *Mue*, sex . . . *cod.* 15. Nonunctium et terunctium *G* 16. unctiarū *G* 21. greco *G* 22. duobus *coni. Sca coll. Paulo v. ovem* (*p.* 195 *Mue*); *at conf. infra peculatus* 23. XXX bobus *corr. Mue*, amb. *cod. teste Urs* 24. quoad *correxi ex* quod

matio pecoralis multae, et boves centenis assibus, oves denis aestimatae. inde suprema multa, id est maxima, appellatur tria milia aeris. item vicessis minoribus delictis.

[222] Parasangae apud Persas viarum mensurae.

[237ᵃ] Peculatus furtum publicum dici coeptus est a pecore, quia ab eo initium eius fraudis esse coepit, siquidem ante aes aut argentum signatum ob delicta poena gravissima erat duarum ovium et XXX bovum. ea lege sanxerunt T. Menenius Lanatus et P. Sestius Capitolinus consules. quae pecudes, postquam aere signato uti coepit populus Romanus, Tarpeia lege cautum est, ut bos centussibus, ovis decussibus aestimaretur.

[208] Pendere poenas solvere significat ab eo quod aere gravi cum uterentur Romani, penso eo, non numerato debitum solvebant: unde etiam pensiones dictae.

[246ᵃ] *Pondo libram dicebant, quod* solebant iam inde a Ro*ma condita aes appendere, cum nondum* argenti signati ul*lus usus esset, quod antiquorum* publicae et privatae *rationes etiamnunc doc*ent.

[*Ibid.*] Publica pondera *ad legitimam normam exacta fuisse* ex ea causa Iunius in . . . *collig*it, quod duo Silii P. et M. tribuni plebi rogarint his verbis: 'ex ponderibus publicis, quibus hac tempestate populus oetier [qui] solet, [uti] coaequator se

3. millia *vulgo* vincesis *cod.* (?), *corr. Urs* 10. eam legem *coni. Mue praeter necessitatem* menonius *cod.* *(K)* 11. cos. *cod.* 12. P. R. *cod.* 13. centusibus *et* decusibus *cod.* 16. roma G^1, ni *add.* G^2 pense G^1, penso G^2 24. silli *cod.* trib. pleb. *cod.* 25. ex *ponderibus cet.*] *v. praefat.* 26. coaequatur sedulum ut *hi quadrantal cod.*

dulo malo, uti quadrantal vini octoginta pondo siet, congius vini decem pondo siet, sex sextari congius siet vini, IIL sextari quadrantal siet vini. sextarius aequus aequo cum librario siet, sexdecimque librari in modio sient. si quis magistratus adversus hac dolo malo pondera modiosque vasaque publica modica minora maiorave faxit iussitve fieri dolumve adduit quo ea fiant, eum quis volet magistratus multare, uti dum minore parti familias taxat, liceto: sive quis im sacrum iudicare voluerit, liceto.'

[258[b]] Quadrantal vocabant antiqui quam ex Graeco amphoram dicunt, quod vas pedis quadrati octo et XL capit sextarios.

[259] Quadrantal vocabant antiqui amphoram, quod vas pedis quadrati octo et quadraginta sextarios capiat.

[275] Ratitum quadrantem dictum putant, quod in eo et triente ratis fuerit effigies, ut navis in asse.

[265[a]] Rodus vel raudus significat rem rudem et inperfectam. — Vulgus quidem in usu habuit non modo pro aere inperfecto, ut Lucilius, cum ait: 'plumbi pauxillum rodus lignique metaxam'; sed etiam signato, quia in mancipando, cum dicitur 'rudusculo

---

1. pondo siet] p. is *cod.* 2. vini duo quinquaginta *cod. (K)* 3. quadarantal *cod.* 4. sex dequinque librae *cod., corr. Sca et Mue* 6. dolo malo] d. m. *cod.* 7. iussit vere *cod., corr. Sca* 8. quo *coni. Mue*, que *cod. (K)* multare, uti *Urs*, multaretur *cod.* 9. patri *cod.* 10. im, *i. e. eum, Sca,* in *cod.* 11. Quadranta *cod.* 12. dicant *cod.* 14. Quadranta *G* 15. uas *G*[2]; *prima manus quid pro* u *scripserit, cognosci non potest* 16. *conf. reliquias eiusdem loci apud Festum* 17. fuerint *G* 18. *conf. Festum v. Raudusculum p. 247[a] et Paulum v. Rodusculum p. 275* 19. imperfictam *cod.* 21. paxillum et matexam *cod.* 22. pro *ante* signato *vulgo* add.

libram ferito', asse tangitur libra. Cincius de verbis priscis sic ait: 'quemadmodum omnis fere materia non deformata rudis appellatur, sicut vestimentum rude, non perpolitum, sic aes infectum rudusculum. apud aedem Apollinis aes conflatum iacuit: id ad rudus appellabant. in aestimatione censoria aes infectum rudus appellatur.'

[292] Semis, semodius, semuncia ex Graeco trahuntur, sicut et alia nonnulla, quae S litteram pro adspiratione eorum habent, ut ἑπτά septem, ὕλαι silvae. sic ista ab eo quod illi ἥμισυ dicunt declinata sunt.

[334[b]] Sestertius dicitur quarta pars denari, quo tempore is decussis valebat, id est dupondius S.

[335] Sestertius dicitur quarta pars denarii, quo tempore is decussis valebat, id est dupondius et semis.

[347[b]] Sesterti no*tam* . . . *ait signa continere* dupundi et semissis. *unde sestertius dictus quasi semis* tertius. sed auctos es*se postea asses in sestertio*. apud antiquos autem *denarii denorum assium* erant, et valebant de*cussis dicebanturque tum quadriga*ti bigati. quinquessi*s item valebat quinarius. idem auctor* est numerum aeris perduct*um esse ad XVI in denario lege Fla*minia minus solvendi, cu*m Hannibalis bello premere*tur populus Romanus.

---

4. rudē *cod.* rudusculū *cod.* 6. inestimatione *cod.* 7. rud$\overset{u}{i}$s *cod.* 8. *conf. reliquias eiusdem loci apud Festum* grecothrahuntur *G* 9. litteram *Festus et G*, literam *vulgo* 10. epta *G* ylai *G* 11. ymisi *G* 12. 'denari *corr. sec. man.* denarii' *Keil.* 13. his decusis *cod.* 15. *post* semis *G add.* tertius 16. *supplementa huius loci repetivi ex Mommseni G. R. M. p.* 289 17. semisis *cod. (K)* 24. P. R. *cod.*

[347a] Sextantari asses in usu esse coeperunt ex eo tempore quo propter bellum Punicum secundum quod cum Hannibale gestum est decreverunt patres, ut ex assibus, qui tum erant librari, fierent sextantari, per quos cum solvi coeptum esset, et populus aere alieno liberaretur, et privati, quibus debitum publice solvi oportebat, non magno detrimento adficerentur.

[336] Sicilicum dictum, quod semunciam secet.

[297a] Stipem esse nummum signatum testimonio est et id quod datur stipendium militi, et cum spondetur pecunia, quod stipulari dicitur.

[359a] Talentorum non unum genus. Atticum est sex milium denarium, Rhodium et Cistophorum quattuor milium et quingentorum denarium, Alexandrinum XII denarium, Neapolitanum sex denarium, Syracusanum trium denarium, Rheginum victoriati.

[363a] Trientem tertium pondo coronam auream dedisse se Iovi donum scripsit T. Quintius dictator, cum per novem dies totidem urbes et decimam Praeneste cepisset. id significare ait Cincius in Mystagogicon l. II duas libras pondo et trientem, qua consuetudine hodieque utimur, cum lignum bes alterum dicimus, id est pedem et bessem latitudinis habens, et sestertium, id est duos asses et semissem tertium. item si tres asses sunt et quartus quadrans . . . .

---

2. quo] qd *cod.* bellũ punicũ secundũ qd *cod.* 9. Si[li]cum *G* semuntiam *G* 10. *Festi locum integrum repetit Paulus; ceterum conf. p. 313b v. Stipem* 11. et id quod *Urs*, et de eo quae *cod.*, boni quod *libri Pauli* 13. *v. Mommsen. p. 69 (commentarii in praef. citati)* 18. *v. ibid. p. 73* 19. dict . . . *Urs* 23. immo bessalterum 26. *et quadrans* quartus *Urs*

[371[b]] **Viginti quinque poenae in XII significat viginti quinque asses.**

118. *Ex Prisciani libro de figuris numerorum.*

(Vide prol. § 116.)

9
5 De ponderibus etiam necessarium esse putavimus addere. as nummus est libralis, per I perscriptam notatur, Ɨ. dupondius nummus est bilibris, per duas II perscriptas, ƗƗ. sestertius nummus duarum semissis librarum per duas II et S, ex qua incipit semis, perscriptas, HS̶. unde sestertius dicitur *quasi* semis tertius. de quo Arruntius haec ait: 'Sestertius olim dupondius et semis, quasi semis tertius, quo tempore denarius decussis valebat', hoc est, post duo sequens tertio loco est semis. hoc quoque secundum Atticos et Ionas, qui ἥμιϲυ τρίτον dicebant pro δύο ἥμιϲυ, teste etiam Didymo, qui hoc ponit, ostendens in omni parte orationis et constructionis analogiam Graecorum secutos esse Romanos. unde et Herodotus in I historiarum: 'Ἐποιεῖτο δὲ καὶ λέοντοϲ εἰκόνα χρυϲοῦ ἀπέφθου ἕλκουϲαν ϲταθμὸν τάλαντα δέκα. οὗτοϲ ὁ λέων, ἐπείτε κατεκαίετο ὁ ἐν Δελφοῖϲι ναόϲ, κατέπεϲεν ἀπὸ τῶν ἡμιπλινθίων — ἐπὶ γὰρ τούτοιϲ ἵδρυτο — καὶ νῦν κεῖται ἐν τῷ Κορινθίων θηϲαυρῷ ἕλκων ϲταθμὸν ἕβδομον ἡμιτά-

---

1. *v. ibid. p.* 77 poenas *Urs*

6. as numerus *G* per Ɨ perscriptā notatur. Dipondius numerus *G* 7. per ƗƗ perscriptas, *omisso* ƗƗ, *G* 8. numerus *G* 9. per II et *G* 10. quasi *om. G* 11. aruntius *G* 12. dipondius *G* 13. duos *G* 15. HMICYTPITON *G* ΔΙΟΗΜΙCY *G* 16. didimo *G* 19. *Herodoti locum totum om. G*

λαντον.' ἰδοὺ ὅλον εἰπὼν δέκα ταλάντων γεγενῆσθαι τὸν λέοντα, κᾆτα λέγει ἔχειν ἕβδομον ἡμιτάλαντον, τουτέστιν ἓξ ἥμισυ τάλαντα. septimum semitalentum dixit pro sex semis talenta.

Denarius quoque decem librarum nummus per X perscriptam notatur, ✱. eorum pleraque in Verrinis **10**
Ciceronis licet invenire *in* antiquissimae scripturae emendatis codicibus.

Obolus dicitur, ut Dardanus docet, scripulus esse, id est sex siliquae; drachma sive argenteus scripuli tres; uncia drachmae octo, scripuli viginti quattuor; unciae duodecim libra; libra vel mina Attica drachmae septuaginta quinque; libra vel mina Graia drachmae centum quinque; talentum Atheniense parvum minae sexaginta, magnum minae octoginta tres et unciae quattuor.

Libra vel 'as unciae duodecim, deunx unciae undecim, dextans vel decunx unciae decem, dodrans unciae novem, bessis unciae octo, septunx unciae septem, semis unciae sex, quincunx unciae quinque, **11**
triens unciae quattuor, quadrans unciae tres, sextans unciae duae, sescunx vel, ut alii, sescuncia uncia et dimidia pars unciae, semuncia semis unciae. duae sextulae sunt tertia pars unciae, id est scripuli octo,

---

3. septimum *cet.*] pro septimū semitalentū dixit sex semitalenta *G* 5. X] ✱, *omisso deinde* ✱, *G* 7. inueniri, *omisso* in, *G* 10. Dragma *G* 11. dragmę *G* scripuli XXIIII · unciae XII *G* 12. dragmę LXXV *G* 14. dragmę CV *G* 15. minę LX · Magnum LXXXIII · et unč IIII *G* 17. unč XII · dodrans unč VIIII, *omissis reliquis*, *G* 19. Bissis unč VIII · Septunx unč VII *G*, *idem deinde* unč VI, unč V *ac sic reliqua* 22. Sexcuns uel alii sexcuntia · duę pastes uncię · Semuntia *G*

sicilicus scripuli sex, sextula scripuli quattuor, dimidia sextula scripuli duo. rursus sextula et dimidium sextulae sicilicus appellatur. scripulus siliquae sex. siliqua est quod dicunt Graeci κεράτιον vel λεπτόϲ.

12 Necessarium tamen existimavi ad confirmanda supra dicta diversis auctoribus de his dicta subicere. Livius in XXXIIII ab urbe condita: 'multitudinis eorum argumentum sit, quod Polybius scribit centum talentis eam rem Achaeis stetisse, cum quingentos denarios pretium in capita, quod redderetur dominis, statuissent. mille enim ducentos ea ratione Achaia habuit captivos Italicos.' qua ratione ostenditur sex milia denariorum habere talentum. nam cum quingeni denarii pro mille ducentis captivis dati colligantur sescenta milia denariorum, centum ea
13 ostendit fuisse talenta. centesima autem pars sescentorum milium sex milia inveniuntur. denarii autem illo tempore nummi argentei erant viginti quattuor siliquarum, quod in eodem libro ostendit Livius: 'signati argenti LXXXIIII milia fuere Atticorum. tetrachma vocant. trium fere denariorum in singulis argenti est pondus.' vide quod quattuor drachmae sint septuaginta duae siliquae — diximus enim superius quod tres oboli, quorum singuli sex siliquas habeant, drachmam faciunt — tres autem denarii idem habeant, id est LXXII siliquas. idem Livius in XXXVIII ab urbe condita ostendit magnum talentum

1. scripuli·IIII· *G* 2. scripuli·II· *G* 4. κερατιον· uel·αптοϲ *G* 8. polubius *G* 9. Achaeis] atheis *G* 11. ea] et *G* 20. signati argenti *om.* *G* tetrachma *libri VA apud Keilium*, tethracma *P apud eundem*, tetragma *G* 22. dragmę *G* 25 dragmā G 27. XXXVII G

Atticum octoginta habere libras et paulo plus, cum supra dictorum computatio manifestet octoginta tres libras et quattuor uncias habere talentum, quod est sex milia denariorum. Livius: 'talentum ne minus pondo octoginta Romanis ponderibus pendat'; id est, sic decrevit senatus, ut non plus quam ternae librae et quaternae unciae singulis desint talentis. et scien- 14
dum quod secundum Livii computationem centum minae Atticae, quarum singulae septuaginta quinque drachmas habent, faciunt talentum magnum. nam minus sexaginta habet secundum Dardanum. quod autem est magnum et minus, ostendit Terentius in Phormione: 'si quis daret talentum magnum'. Italica autem mina drachmas habet, ut supra dictum est, nonaginta sex, quod est libra duodecim unciarum, id est denarii LXXII. hac igitur computatione LXXXIII librae Romanae et quattuor unciae, quod est magnum talentum, centum minas Atticas faciunt. Seneca in X epistularum ad Novatum 'viginti quattuor sestertia'; id est talentum Atticum parvum; viginti quattuor enim sestertia sexaginta libras habent.

Varronis quoque auctoritate supra dictorum ple- 15 16
raque comprobemus. Varro de lingua Latina libro V: 'multa pecuniae signatae vocabula sunt' (*et cetera quae supra leguntur p. 49, 3 — 50, 19*).

---

1. habere LXXX libras *G* 2. LXXXIII libras et IIII unc̄ *G* 5. pondo LXXX *G* id est] Idem *G* 9. LXXV dragmas *G* 11. minus LX *G* dardaniū *G*, *vide prol. p. 23* 13. formione *G* 14. dragmas *G* 15. XCVI· quod libra·XII· *G* 16. LXXXIIII·librę romanę et IIII uncię 19. eplarū, *littera* l *perscripta*, *G* XXIIII sextaria *G* 20. paruū atticū·XXIIII enim sextaria LX *libras G* 23. *libro* $\overset{o}{V}$ *G*

17 Didymus etiam ea confirmet: 'καὶ Δίδυμος ἐν τῷ περὶ τῆς παρὰ Ῥωμαίοις ἀναλογίας. «Ἴωνες καὶ Ἀττικοὶ τὰ δύο ἥμισυ ἥμισυ τρίτον φασίν, καὶ τὰ ἓξ ἥμισυ τάλαντα ἕβδομον ἡμιτάλαντον, καὶ τοὺς τέσσαρας ἥμισυ πήχεις πέμπτην σπιθαμήν, καθάπερ φησὶν Ἡρόδοτος. * προθεὶς τὸ Ἓν δὲ Βατουσιάδης, ἐν τῷ περὶ μουσικῆς ἐπιφέρει Τρίτον ἡμιπόδιον, ἀντὶ τοῦ δύο ἥμισυ πόδες. καὶ καθόλου ὅταν βούλωνται ἀριθμόν τινα δηλοῦν καὶ μόριόν τι προσκείμενον, τὸ ὁμώνυμον τοῦ ἀριθμοῦ ἀεὶ τοῦ πλεονάζοντος λαβόντες τὸ ὅλον φασίν· οἷον τὰ ἓξ ἥμισυ ἕβδομον ἥμισύ φασιν, τοῦ ἑπτὰ [ἑβδόμου], ὃς μο-
18 νάδι πλεονάζει τοῦ ἕξ, τὸ ὁμώνυμον λαβόντες. καὶ Ῥωμαῖοι δὲ εὑρεθήσονται τούτῳ χρώμενοι τῷ σχήματι. τὰ γὰρ δύο ἥμισυ ἀσσάρια, ἅπερ ἦν τέσσαρα τοῦ δηναρίου — δέκα γὰρ ἠδύνατο ἀσσάρια τὸ δηνάριον, ὡς αὐτοὶ λέγουσιν δηναρίους παρὰ τὸ δῆνα ἐσχηματισμένοι — σηστέρτιούμ φασιν, τοῦ μὲν σὴ τὸ ἥμισυ δηλοῦντος, ὡς ἐν τῷ σημόδιουμ, σήσκουας, σήσκουπλα, τοῦ δὲ τέρτιουμ τὸ τρίτον, καὶ ἔστιν ἥμισυ τρίτον. τὰ δὲ χίλια σηστέρτια ποιεῖ διακόσια πεντήκοντα δηνάρια ἀργυρᾶ, δέκα δὲ χρυσᾶ, ἅπερ καὶ μίλλε νούμμως φασίν. τὸ δὲ σήσκουας σύνθετόν ἐστιν ἀπὸ τοῦ σὴ καὶ τοῦ κοὺμ καὶ τοῦ ἂς ἄσσις, καὶ ἔστιν ἥμισυ σὺν ἀσσαρίῳ, τουτέστιν ἓν ἥμισυ ἀσσάριον. ὥσπερ δὲ ἡμέδιμνον λέγουσιν Ἀττικοὶ ἀντὶ τοῦ ἡμιμέδιμνον, οὕτως καὶ οὗτοι σημόδιουμ, πλεονάζοντος τοῦ σ.»

1. didimus G^1, *sed* y *corr.* ΚΑΤΟΙΔΙΜΟCΕΝΤΟΠΕΡΙΤΕCΥΠΑΡΑΦΟΝ, *omissis reliquis Graecis usque ad finem, G* *18.* ἐσχηματισμένοι *corr. Spengelius*, ἐσχηματισμένους *vulgo* *18.* *ση et 24.* *ση et* κουμ *Keilius*

119. *E Victorii argumento calculandi.*

(Vide prol. § 117.)

1. In hoc argumento unitas assis vocatur, cuius partes iuxta proportionalitatem suam propriis sunt insignitae vocabulis, notis etiam ad hoc excogitatis, per quas eadem vocabula exprimantur, ut per discretionem nominum et notas nominibus affixas uniuscuiusque particulae notio facilius advertatur.

2. Et assis quidem, qui per I literam, sicut in numeris unum scribi solet, exprimitur, XII partes habet. quarum si unam detraxeris, reliquae XI partes †iabus dicuntur, illa vero quam detraxisti, id est duodecima, uncia vocatur. si duas sustuleris, X residuae dextas, et quod sustulisti, id est duae, sextas appellatur. at si III dempseris, VIIII quae remanserunt dodras et III demptae quadras vocatur. quod si IIII tollere velis, VIII reliquas bissem et IIII trientem nominabis. V vero sublatis VII residuas septuncem et V sublatas quincuncem placuit appellari. cum per medium fuerit facta divisio, utrumque dimidium senis partibus constans semissem vocaverunt; unciam autem et dimidiam sescunciam, unciaeque dimidium semunciam.

---

12. iabus *cod., sed littera* i *in rasura,* iabus *Abbo,* Labus *Beda,* dabum *fr. 134, 34*; *ego* deunx *Victorio restituendum esse existimo* 14. Dextans *Beda idemque infra* Sextans, Dodrans, Quadrans, *neque aliter mihi scripsisse videtur Victorius* 17. Bissem vel Bessem *Beda* et IIII sublatas *coni. Christ.* 22. Sescunciam, vel Sesquunciam, *aut Sesquiunciam nuncuparunt.* Postremo, Vnciae dimidium, *Semunciam* appellarunt *Beda*

3. Iam reliquae minutiae quarum congestione dimidium unciae conficitur, ut sunt sicilici sextulae et cetera, melius ex ipsius calculi inspectione cognoscuntur.

120. *Carmen de ponderibus.*

(Vide prol. § 118.)

[De ponderibus.]

Pondera Paeoniis veterum memorata libellis
nosse iuvat. pondus rebus natura locavit
corporeis: elementa suum regit omnia pondus.
pondere terra manet: vacuus quoque ponderis aether
indefessa rapit volventis sidera mundi.
Ordiar a minimis: post haec maiora sequentur:
nam maius nihil est aliud quam multa minora.
semioboli duplum est obolus, quem pondere duplo
gramma vocant, scriplum nostri dixere priores.
semina sex alii siliquis latitantia curvis
attribuunt scriplo, lentis vel grana bis octo,
aut totidem speltas numerant tristesve lupinos
bis duo; sed si par generatim his pondus inesset,
servarent eadem diversae pondera gentes.
nunc variant: etenim cuncta haec non foedere certo
naturae, sed lege valent hominumque repertis.

De ponderibus *A*, *de reliquis libris vide prol.* § *118*
1. peonis A^1, peoniis A^2, poeniis C^1, poeoniis C^2 2. rerum A^1C locabit A^1 7. nil A^1 (*v. praef.*) minora A^1, minuta A^3 *rel. vulgo* 9. gramma A^3 *rel.*, dragma A^1 scrupulum *B*, scripulū *C* 11. adtribuunt A^2, attribuo A^1 scrupulo *B*, scripulo *C* lentis uergantur *in octo BC* 13. Biduo B^1C 15. etenim A^3 *rel.*, et *cum* A^1 haec non] nunc BC^1

scripla tria dragmam vocitant, quo pondere doctis
argenti facilis signatur nummus Athenis;
olceque a dragma non re, sed nomine differt.
dragmam si gemines, erit is quem dicier audis
sicilicum: dragmae scriplum si adiecero, fiet
sextula quae fertur; nam sex his uncia constat.
sextula cum dupla est, veteres dixere duellam.
uncia fit dragmis bis quattuor; unde putandum
grammata dicta, quod haec viginti quattuor in se
uncia habet: tot enim formis vox nostra notatur,
horis quot mundus peragit noctemque diemque.
unciaque in libra pars est quae mensis in anno.
haec magno Latio libra est gentique togatae:
Attica nam minor est: ter quinque hanc denique dragmis
et ter vicenis tradunt explerier unam.
Accipe praeterea, parvo quam nomine Grai
mnam vocitant, nostrique minam dixere priores,

---

17. scripla tria A^3, scriplaria A^1, Scripula tria *BC* dragmam *ABC*, drachmam *vulgo (et sic infra)* vocitant *om. BC* quo] quam *BC* 18. facile *A* Athenis] aenis *B* 19. olce quae *AC*, olcaequae *B* a] ad *C*, *om. B* 20. erit is] erit *C*, aderit *B* 21. sicilicum *A*, Sicilicus *rel. vulgo* scrupulum *B*, scripulū *C* adicero A^1, adiicero A^3 24. bis IIII *A (vide Endlicheri praef. p. X)* 25. grammata A^2, dragmata A^1, Gramma *BC* XX et quatuor *A (v. Endl. ibid.)* 26. tot enim] totidem *C* uox graeca A^3 *in marg.* 27. *hunc versum inter vs. 25 et 26 habet* A^1, *idemque repetit* in se *ante* horis quot] quod A^1C peragit A^2 *rel.*, peraget A^1 28. Unciaquae *BC* annum *BC* 30. quinque hanc] quinques ad A^1, quinis at A^2, quinque hac A^3 *in marg.*, quinque haec *C* 31. uigenis *B* unum *B* 32. paruo cognomine *C*, patrio quam nomine *Vinetus* grai *AB*, grandi *C* 33. mnam A^3 *rel.*, *nam* A^1C nostrique minam dixere priores A^3, quam

centum hae sunt dragmae; quod si decerpseris illis
quattuor, efficies hanc nostram denique libram;
Attica quae fiet, si quartam dempseris unam.
Cecropium superest post haec *memorare* talentum
sexaginta minas, seu vis, sex milia dragmis,
quod summum doctis perhibetur pondus Athenis;
nam nihil his obolove minus maiusve talento.

Nunc dicam solidae quae sit divisio librae
sive assis — nam sic legum dixere periti —
ex quo quod soli capimus perhibemur habere,
dicimur aut partis domini pro partibus huius.
uncia si librae desit, dixere deuncem;
ac si sextantem retrahas, erit ille decuncis.
sed nullum reliquo nomen semuncia certum
dempta dabit, neque *quae* est *huius* sescuncia triplex.

---

dixere duellam A^1, nostri mnam dixęre priores *B*, nostri quam mnam dire priores *C*

34. haec erunt *C* quod si] quae si *A* decepseris *C* 36. quae] que *C* unam *Vinetus*, emnam *ABC*, hinc mna *vulgo* 37. superem *A* uocare A^1, dixisse A^3, docuisse *rel. vulgo* 38. sexaginta] Sex *BC* minis A^1, minas A^2 *rel.; ego malim* mnas *cum Vineto* seu bis *ABC* millia *vulgo et A ex silentio Endlicheri, quod non verum esse puto*, milia *B*, milia denique *C* dragmis A^1, dragmas A^2 *BC*, drachmas *vulgo* 39. summus *C* Athenis] aenis *B* 40. obolo neminus *BC* talentū *BC* 41. solide *C* 42. seu assis *ABC* 43. solidi A^3 44. dicimus A^2BC partes *A* huius] usus *C* 45. deest *BC* 46. Ac si *B*, axi A^1, at si A^3, Assis *C* extantem *C* retrahas A^3B, detrahas A^1C decuncis A^2 *rel.*, deuncis A^1 47. relinquo A^1 48. Dempto *B* neque quae est *Schenkelius*, neque est A^1, namque est A^3 *in marg.*, neque inest *B*, *neque* enim est *C* huius *om. A* sescuncia A^2, *sexuncia* A^1, *sexcuncia BC*

dodrantem reliquum vocitant quadrante retracto;
cumque triens desit, bessem dixere priores.
idem septuncem dempto quincunce vocarunt.
post haec semissis solidi pars maxima fertur;
nam quae dimidium superat pars esse negatur,
ut docuit tenui scribens in pulvere Musa.
cetera dicta prius quibus est semuncia maior.

Haec de ponderibus: superest pars altera nobis
humida metiri, seu frugum semina malis.
cuius principio nobis pandetur origo.
pes longo in spatio latoque altoque notetur,
angulus ut par sit quem claudit linea triplex,
quattuor et medium quadris cingatur inane:
amphora fit cybus hic, quam ne violare liceret,
sacravere Iovi Tarpeio in monte Quirites.
huius dimidium fert urna, ut et ipsa medimni
amphora, terque capit modium; sextarius istum
sedecies haurit, quot solvitur in digitos pes.
at cotylas, quas, si placeat, dixisse licebit

50. Cunque *C* besen A^2B, uesen A^1 51. septunciem A^1, septunce est *B*, septuncem ẽ *C* quincunce A^3, qcmque A^1, cincūq. *BC* 53. nam quae A^3*rel.*, namque A^1 dimedium *A* 54. tenuis A^1 55. Caetera *C* est semuncia A^3 *rel.*, esse uncia A^1, esset uncia A^2 57. malis *A*, mauis *BC vulgo* 59. altoque om. *BC* notatur A^3 60. angelus A^1 et par *C*, et pars *B* 61. quadris medium *B* 62. anphora *A* (*sed* amphora *vs. 65*) cybus *A*, cuius *BC*, cubus *vulgo* hic *vulgo om.* 63. immonte *C* 64. dimedium *A* fertur nam ipsa A^1, fert urna ut ipsa A^3, fertur nam ut ipsa *BC* medemni A^3, edemni A^1 66. aurit A^1 quot] quod A^1BC in digitos pes A^2 *rel.*, indirit ospes A^1 67. at] ad A cotilas A^3BC, colittas A^1 quas si] quasi C

eminas, recipit geminas sextarius unus,
quis quater adsumptis fit Graio nomine choenix.
adde duos, chus fit, vulgo qui est congius idem,
e quo sextari nomen fecisse priores
crediderim, quod eos recipit sex congius unus.
at cotyle cyathos bis ternos una receptat.
sed cyatho nobis pondus quoque saepe notatur.
bis quinae hunc faciunt dragmae, si adpendere malis:
oxybaphon fiet, si quinque addantur ad istas.
at mystrum cyathi quarta est; sed tertia mystri
quam vocitant chemen, capit haec coclearia bina.
quod si mensurae pondus conponere fas est,
sextari cyathus pars est quae *est* uncia librae;
nec non oxybaphi similis sescuncia fiet,

---

68. eminas A^2 *rel.*, emina A^1, heminas *vulgo* 69. quis *Endlicherus*, qui *libri* adsumptus A^2, assumptus *BC* graia *A* cenis A^1, cenix A^2 70. chus A^2B^2C, huius A^1, chrus B^1 71. E quo *B*, aequo A^1C, ex quo A^3 sextarii *A* (*e sil.*) *C* 72. recipit *A*, capit et *C*, capiat *B vulgo* 73. cotile A^2C, cotilem A^1, cotila *B* cyatos A^1, chyatos A^2, ciatos *B*, batos *C* (*v. praef.*) bis A^2*rel.*, uix A^1 74. chyato *A*, deciato *B*, de bato *C* quoque *om. BC* sepe *B* 75. bis A^1 *rel.*, uix A^2 quine *B* hunc] nunc *C* dracmę *C* appendere uelis *BC* 76. oxybafon A^3, hoc si bafon A^1, Oxabafum *BC* fient *C*, facient *B* quinq: si *C* 77. *totum versum omisit* A^1, *in marg. adscr.* A^3 Ad mystrum *B*, Ad mixtu *C* ciati *ABC* sed] a *B*, ad *C* mustri *C* 78. chemen] . . emen A^1 (*puncta rasuram denotant*), clemen A^3, cyamen *B*, ciamen *C* coclearia *BC*, coclaria *A*, cochlearia *vulgo* 79. pondus *om. BC* conponere *A*, componere *rel. vulgo* 80. sextario A^3 *rel.*, si sextarios A^1 ciatus *BC* est *altęrum om. ABC* 81. hoc so baphi A^1, hoxyibaphi A^3, oxibafi *B*, exobafit *C* sescuncia A^3, uncia A^1, sexcuncia *B*, *sex uncia C*

sicilicumque tibi mystro simulare licebit.
coclear extremum est scripulique imitabitur instar.
  Attica praeterea discenda est amphora nobis
seu cadus: hanc *facies*, nostrae si adieceris urnam.
est et bis decies quem conficit amphora nostra
culleus: hac maior nulla est mensura liquoris.
est etiam terris quas advena Nilus inundat
artaba, cui superest modii pars tertia post tres,
namque decem modiis explebitur artaba triplex.
  Illud praeterea veteres perhibere memento,
finitum pondus varios servare liquores.
nam librae, ut memorant, bessem sextarius addit,
seu puros pendas latices seu dona Lyaei.
addunt semissem librae labentis olivae
selibramque ferunt mellis superesse bilibri.
haec tamen adsensu facili sunt credita nobis:
namque nec errantes undis labentibus amnes
nec mersi puteis latices aut fonte perenni

82. Siciculũq: *B*, Silicumque *C* mystro A^3 *rel.*, mistro A^1 similare *B* 83. coclear A^3 *rel.*, clocleare A^1 scripuli quae *BC* 84. Attico *C* dicenda *recentior manus in A* 85. facies A^3 *rel.*, *om.* A^1 urnam] una *C* 86. quem conficit] quae confit *C* hac A^3B, hanc A^1, ac *C* maior A^3 *rel.*, maioris A^1 nulla est *ante* maior *legitur in B* 89. artaba A^3 *rel.*, arta ua A^1 superest A^1, superat A^3 *rel. vulgo* 90. modiis A^1B, modios A^3, modii *C* explebitur A^3*rel.*, explebit A^1 91. ueteris *A*, *om. BC* perhibere] coniuere *B*, cohibere *C* 93. besen A^1, besem A^3 addet *vulgo* 94. plendas A^1, *corr.* A^3 lyęi *A*, liei *B*, lyei *C* 95. oliuae A^1, oliui A^2 *rel. vulgo* 96. Sed libramque *C* bilibri] libri *B*, *idem C ante* superesse 97. asensu *B*, assensu *C* facilis *C*, *qui om.* sunt *relicto vacuo spatio* 99. putei BC *fonte* A^2 *rel.*, forte A^1

manantes par pondus habent, non denique vina
quae campi aut colles nuperve aut ante tulere.
quod tibi mechanica promptum est deprendere Musa.
ducitur argento tenuive ex aere cylindrus,
quantum inter nodos fragilis producit harundo,
cui cono interius modico pars ima gravatur,
ne totus sedeat totusve supernatet undis.
lineaque a summo tenuis descendat ad imam
ducta superficiem, tot *quae* aequa in frusta secatur
quot scriplis gravis est argenti aerisve cylindrus.
hoc cuiusque potes pondus spectare liquoris.
nam *si* tenuis erit, maior pars mergitur unda;
si gravior, plures modulos superesse notabis.
quod si tantumdem laticis sumatur utrimque,
pondere praestabit gravior; si pondera secum
convenient, tunc maior erit quae tenuior unda est;
ac si ter septem numeros texisse cylindri

---

100. manantes A^2B, manentes A^1C 101. aut tante *C* 102. mechanica A^2 *rel.*, mecanica A^1 deprehendere *C* 103. ducitur A^3B, dicitur A^1C argenti *vulgo* tenuiue A^2 *rel.*, tenuesue A^1 cilindrus *A* *(et sic infra)* 104. arundo *B* *vulgo* 106. ne] nec A^1C, neu *A rec.* supernatat *C* 107. descendat AB^2, descendet B^1, descendit *C* ima *BC* 108. Ductam *B* superficie *BC* totque aequa A^2, tot aequa A^1, totidemque aequa A^3, totq: quę *B*, tot quo quũ *C* frustra *C* secetur *B* 109. scripulis *BC* cilindrus *AC* 110. potest *C* 111. si A^2 *rel.*, *om.* A^1 pars *om. BC* mergitur A^2C, pergitur A^1, submergitur *B* 112. si grauio A^1, sin grauior A^2 *rel.* modulos superesse A^2 *rel.*, modulatus suo peresse A^1 113—115. *hos versus post vs. 118 poni iubet Christ.* 113. quod *A*, ac *BC*, aut *vulgo* tantundē *B* 114. prestabit *BC* pondera] pondere *C* 115. Conueniunt *BC* 116. ac si A^1, at si A^3, quodsi *BC vulgo* septem A^3 rel.,

hos videas latices, illos cepisse ter octo',
his dragma gravius fatearis pondus inesse.
sed refert aequi tantum conferre liquoris,
ut dragma superet *gravior*, quantum expulit undae
illius aut huius teretis pars mersa cylindri.
haec de mensuris, quarum si signa requires,
ex ipsis veterum poteris cognoscere chartis.

Nunc aliud partum ingenio trademus eodem.
argentum fulvo si quis permisceat auro,
quantum id sit quove hoc possis deprendere pacto,
prima Syracusi mens prodidit alta magistri.
regem namque ferunt Siculum quam voverat olim
caelicolum regi ex auro statuisse coronam,
conpertoque dehinc furto — nam parte retenta
argenti tantundem opifex immiscuit auro —
orasse ingenium civis, qui mente sagaci,
quis modus argenti fulvo latitaret in auro,
repperit inlaeso quod dis erat ante dicatum.
quod te, quale siet, paucis, adverte, docebo.

septies A^1 humeros *BC* (*idque B ante* septem) cilindri AC^1

117. caepisse *BC* 119. equi *B* 120. dragma superet gravior A^3, dragma superet sua A^1, gravior superet dragma *BC*, gr. s. drachma *vulgo* undę A^1BC, undas A^3 121. mensa *B* cilindri *A* 122. si] tu *C* requiris *B* 123. cartis *B* 126. hoc *ABC*, id *vulgo* possit *BC* deprendere A^2B, reprendere A^1, dep̄hendere *C* 127. syracusi A^1B, syracusii A^2, siracusii *C* mens alta prodidit A^1, *corr.* A^2 prodiit *C* 128. Rege *C* siculo quā moverat olim *C* 130. Comperto dehinc *BC* forto *A* retentam *A*, recepta *C* 131. tantundem argenti *ABC* inmiscuit *B* 133. modus A^2 rel., minor A^1 134. illaeso *B* diis *B* dicato *C* 135. siet] sit et C

lancibus aequatis quibus haec perpendere mos est
argenti atque auri quod edax purgaverit ignis
impones libras, neutra ut praeponderet, hasque
summittes in aquam: quas pura ut ceperit unda,
protinus inclinat *pars* haec quae sustinet aurum;
densius hoc namque est, simul aëre crassior unda.
at tu siste iugum mediique a cardine centri
intervalla nota, quantum discesserit illinc
quotque notis distet suspenso pondere filum.
fac dragmis distare tribus. cognoscimus ergo
argenti atque auri discrimina: denique libram
libra tribus dragmis superat, cum mergitur unda.
sume dehinc aurum cui pars argentea mixta est
argentique meri par pondus, itemque sub unda
lancibus impositum specta: propensior auri
materies sub aquis fiet furtumque docebit.
nam si ter senis superabitur altera dragmis
sex solas libras auri dicemus inesse,
argenti reliquum, quia nil in pondere differt

136. haec A^2 *rel.*, et A^1 137. purgauerat B^1 138. imponas C neultra A^1 (*corr. m. rec.*), neutro BC p̄ponere C 139. Sūmitis C, submittes *vulgo* quas] quam BC coeperit C 140. pars A^3B, par C, *om.* A^1 141. nanq: C simul aëre] similare B, simulari C crassior A^3, grassior A^1, crassius BC 142. a A^1, in A^3B, *om.* C 143. discerpserit BC 144. quotque A^2 *rel.*, quodque A^1 filum A^3 *rel.*, filo A^1 145. cognouimus BC 146. libras C 148. dehinc] hinc BC mixtast A 149. meri] metri C par A *rec. rel.*, pars A^1 itemque A^2 *rel.*, idemque A^1 150. impositum A^3 *rel.*, imposuit A^1, imposuitis A^2 specta A^3 *in marg.*, petua A^1, expecta B, exspectare C 151. sub aquis fiet ABC, subsistet enim *vulgo* docebis A 152. ter senis] terrenis C superabitur A^3 *rel.*, superabit ut A^1 154. quā nihil in pondera C

argentum argento, liquidis cum mergitur undis.
haec eadem puro deprendere possumus auro,
si par corrupti pondus pars altera gestet.
nam quotiens ternis pars inlibata gravarit
corruptam dragmis sub aqua, tot inesse notabis
argenti libras, quas fraus permiscuit auro.
pars etiam quaevis librae, si forte supersit,
haec quoque dragmarum simili tibi parte notetur.

Nec non et sine aquis eadem deprendere furtum
ars docuit, quam tu mecum experiare licebit.
ex auro fingis librili pondere formam,
parque ex argento moles siet; ergo duobus
dispar erit pondus paribus, quia densius aurum est.
post haec ad lancem rediges pondusque requires
argenti, nam iam notum est quod diximus auri,
fac et id argento gravius sextante repertum.
tunc auro cuius vitium furtumque requiris
finge parem argenti formam pondusque notato:
altera quo praestat leviorque est altera moles
sit semissis onus: potes ex hoc dicere quantum
argenti fulvo mixtum celetur in auro.
nam quia semissem triplum sextantis habemus,
tres inerunt auri librae, quodque amplius hoc est,

---

155. in liquidis cum uergitur *C* 156. dep̄ndere *B*, dep̄hęndere *C* 157. par] pars *C* corrupto *vulgo ante Endlicherum* pars *om. et in marg. add.* A^1 158. ternis] ter senis *B* pars *om. C* inlibato *A*, illibata *B* 160. aquā mox esse *B*, aquā totiens ēe *C* 160. auro] *hic desinit C* 161. librae quaevis *vulgo* 163. aquis] *hic desinit B* 167. densior auro *libri*, *corr. Christ. Mus. Rh.* XX *p. 73* 169. auro *typotheta apud Endlicherum, certe non codex (conf. Endlicheri notam)* 170. fac et Denisius, facque *A* 171. requires A^1 174. honus A^1

quantumcumque siet, fraus id permiscuit auro.
causa*que*, cur ita sit, prompta est, si discere verum
non pigeat veterumque animos intendere chartis.
nam si disparibus numeris accesserit idem,
servat inaequales itidem, tantumque manebit
discrimen quantum fuerat prius, idque notabis,
sive in temporibus quaeras, seu pondera rerum
seu moles spectare velis spatiumque locorum.
quare diversis argenti aurique metallis,
quis forma ac moles eadem est, par addito pondus,
argento solum id crescit, nihil additur auro.
sextantes igitur quos tu superesse videbis,
in totidem dices aurum consistere libris,
parsque itidem librae sextantis parte notetur.
quod si forte parem corrupto fingere formam
argento nequeas, at mollem sumito ceram.
atque brevis facilisque tibi formetur imago
sive cybi seu semiglobi teretisve cylindri,
parque ex argento simuletur forma nitenti,
quarum pondus item nosces. fac denique dragmas
bis sex argenti, cerae tres esse repertas:
ergo in ponderibus cerae argentique liquebit,
si par forma siet, quadrupli discrimen inesse.
tum par effigies cera simuletur eadem
corruptae, cuius fraudem cognoscere curas.
sic iustum pondus quod lance inveneris aequa
in quadruplum duces; quadrupli nam ponderis esset,
si foret argenti moles quae cerea nunc sit.
cetera iam puto nota tibi — nam diximus ante —
quo pacto furtum sine aquis deprendere possis.
haec eadem in reliquis poteris spectare metallis.

---

179. causa cur A 194. atque Endlicherus, aeque A

121. *Carmen de librae sive assis partibus.*

(Vide prol. § 119.)

Libra vel as ex unciolis constat duodenis.
uncia de libra linquet subtracta deuncem,
et sextans, hoc est *eadem* geminata decuncem;
hinc quadrans, haec scilicet ipsa ter acta, dodrantem;
inde triens, ipsius quadruplicatio, bessem;
quincunx septuncem, quae sat sua pondera produnt;
semis semissem, medium dum dividat assem.
nec vacat unciolae mediam sescuncia iungens.
uncia viginti scripulos et quattuor ambit.
dimidium stater ac semuncia dicitur eius.
terna duae sesclae pars est eademque duella;
quarta siclus vel sicilicus vel denique sicel.
sextula sexta modo solet et modo sescla vocari.
octavam appellant dragmam vel rarius olcen;
et duodenariam mediam sesclam vocitarunt.
vigenam quartam scripulum seu gramma retentant.

---

1. Libralis as *codex apud Bu* ex] vel *Thu* 2. linquit *BuAng* subiecta *Ang* 3. hoc est eadem *Bu*, hoc est *A*, haec scilicet est *Ang* decuncem] deuncem *Bu* 4. hinc] hic *Thu* ipsa ter acta *A*, ipsant acta *Thu*, ipsa tetracte *codex apud Bu*, ipsa retracta *Bu* 5. bissem *A Thu*, bisse *Bu* 6. quincust *cum obliquo ductu per* st *A* septunsem *A*, septus semis *Bu* quae] quod *Ang; legendum videtur* qui 7. mediam *Thu* dum] *immo* cum dividit *BuAng* 8. nec] haec *Thu* unciole *A* sescuncia *Thu*, sexcuncia *A*, secuncia *Bu* 9. viginti] XX *A* quatuor *ABu* 10. stater ac *A*, staterae *Bu*, stat ac *Ang* 11. duae sesclae *Thu*, duae sescle *A*, duc seseclae *Bu* pars *AThu*, par *Bu* 14 drachmam *et* holcen *Ang*. 15. sesolam *A* 16. scripulum A, scripulus *rel.*

unus item scripulus calcis componitur octo.
dimidium scripuli est obolus; pars quarta cerates.
hic sextam fingi placuit siliquamque vocari.
ultimus est calcus ciceris duo granula pensans.

122. *Vetus versio tractatus Epiphaniani de mensuris et ponderibus.*

(Vide prol. § 120.)

DE MENSURIS.

1. Chorus dicitur a similitudine collis. coacervati enim modii XXX instar collis onus cameli efficiunt.

2. Lethec Hebraeorum lingua vocatum est, quod est onus eo quod unus iuvenculus XV modia vel ordei vel tritici valeat supportare, atque ex eis asini onus efficere. in Ose propheta dicitur 'quia mercedem mihi assumsi lethec ordei'. in exemplaribus autem iacet gomor ordei; at idem vero conducit. denique eadem XV modiorum quantitas gomor maius vocatur.

3. Baddus efficitur L sextariis. vocatur autem baddus derivatum ab Hebraica lingua simili nomine ab olearia mola quae vel bethuel badda nominatur, capiens L sextaria.

4. Mnasis a Cypriis mensuratur atque ab aliis gentibus. sunt autem X modii tritici sive ordei ad

---

17. caliis *Thu* 18. est *habent AThu, om. Bu* ceratos *Bu* 19. hinc *coni. Orellius* fingi sextam *Thu* vocare *Thu* 20. pensens *A*

5. ceacervati *A* 7. lethacc ebraeorum *A* 8. modios *LeM* 9. suportare *A* 15. *post* baddus *add.* uocatur *A* simile *A; legendum videtur* simile nomine oleariae molae 16. que *A* 18. cipriis *ALeM* mensura est *LeM*

illum modium qui apud Cyprios XVII sextariis adimpletur.

5. Medimna apud eos V modiorum est. Afri vero ac Siculi quattuor semis metiuntur hanc modiis.

6. Satus modius est cumulatus, ita ut modio adiectus quartae suae mensurae cumulus quinta eum sui parte superare caeteros faciat.

7. Modius iustus est sextariorum XXII.

8. Cabus pars est modii quarta.

9. Choenix et oephi una quidem mensura est, sed duplici nomine nuncupatur. sunt autem sextaria duo et aliquantula insuper pars.

10. Drax aleuru tantum farinae est quantum sumi manus digitis potest. simplex vero est cunctisque manifestus.

11. Artaba mensura est apud Aegyptios sextariorum LXXII. eundem vero modum secundum scripturam continet et metreta mensura.

12. Tres mensuras quas praecepit Sarrae Abraham, ex quibus subcinericium panem fieri iussit. harum quaeque gomor mensuram continet.

13. Gomor autem decima pars est mensurae maioris, id est artabae, quae fit sextaria VII et pars unius sextarii quinta.

1. ciprios *ALeM* 3. Medimnus *LeM* vero ac] et *LeM* 6. quarte *A* 7. ceteros *LeM* 9. Cauus *A*, *sed eadem manus ex* u *fecit* B, Camus *LeM* 10. Coenix *ALeM* 11. dupplici *A* 13. aleura *A*, aleurae *LeM* farine *A* sumi] summis *A*, *quod si verum est*, *infinitivus excidit* 18. mensuram *ALeM* 19. precepit sarre *A* 20. supciniricium *A*, superciniricium *LeM* 21. arum queque *A* mensure *A* 23. que fit *A*, quod habet *LeM*

14. Cana canistros appellant, in quibus solet reponi quaedam tritici species in duo divisa, quam chondrotos vocant.

15. Nebel vini mensura est sextariorum XL.

16. Batus L sextariorum est capax.

17. De alabastro unguenti. siquidem vocatur ampulla olei, unius autem librae in eo pensus exsistit. mensura vero est medium sextarium. alus autem dicunt Graeci sal, et ab alate, id est a sali, est appellatum alabastrum eo quod ampulla vitrea salis instar facile conteratur.

18. De capsaci, quae his quidem duodecim sextariorum solet esse mensura. nihilominus vero aequivoce huic capsaci appellatur et ille qui Eliae praeparatus est, cum sextariorum non plus sit ipse quam quattuor.

19. De stamno. hic quoque urna sextariorum IV est.

20. De cotyla. cotyla est emina quae ita idcirco vocatur, quia [per] Graeco sermone incisio nominatur, et emina sextarium in duo aequa incidit.

21. De cyatho. hic est pars sexta sextarii.

22. De medeccoth. isto nomine ab scriptura cyathi appellantur.

23. De masmaroth, quae veculatoria dicimus; in-

2. quedam *A* species indivisa *LeM* 5. Satus *LeM* 7. in ea *LeM* existit *LeM* 9. greci *A* alute *LeM* 13. mensure *A*, mensurae *LeM* nihilhominus *A* equiuoce *ALeM* 14. appellatus *LeM* heliae *A*, helice *LeM* 16. quatuor *LeM* 17. orna *A* 20. greco *A* 22. sextarii sexta *LeM* 23. medeccotho *LeM* scripture *A* cyatti *LeM* 25. que *A*, quod *LeM*

terdum vero et ithmoe eodem nomine vocitantur, quod eundem compleant usum.

24. De tryblio. hic apud Latinos in passione Domini parapsidis dicitur; est autem quadrangulum et quadrilaterum vas aequa eminae mensura.

25. Sextarius tamen Alexandrinus duas capit olei libras.

26. De aporyma et sato. aporyma apud solos Thebanos mensuratur, quae est medietas sati; satus autem verus sextariorum viginti et duorum est.

27. De sapyti. hoc Syriacum nomen est, quod interpretatur de torculari hauriens vas. apud Ascalonitas. est sextariorum XX et II.

28. De in. in maius sextariorum est XVIII. sed aereum vas est. in vero sanctum XV sextaria comprehendit.

29. Chus VIII sextariorum est. quod autem vocatur sanctum, sex tantum sextaria continet, quae est duodecima pars metretae.

30. Talentum super omnia pondera quibus alia appenduntur excellit. existit vero CXXV librarum. †sexcentae millesimae vero talenti partes assaria nominantur. LX vero assaria denarius nominatur. C

---

1. ithmos *LeM*, ἠθμοὺς *Epiph. vol. I p. 263, 24* 3. triblio *ALeM* dm̃ *A* 4. paropsis *LeM* 5. aequae *LeM* 6. alexandrinos *A* capit olei] capitoles *A*, capitales *LeM* 8. aporima *ALeM* stato *A* aporyma apud *usque ad* 11. sapyti *om. A* 11. Siriacum *LeM* 12. auriens *ALeM* 15. scm̃ *A*, *item vs. 18* XV *A*, XVI *LeM*, θ′ *Epiph. p. 264, 9* 19. metrete *A* 22. sexcente millesime *A; lege* sexies millesimae parentes *A* asaria *LeM*, *item posthac* 23. LX] X *A; vide prol. § 120 extr.*

vero denaria argyrus, id est argenteus existebat. ab initio vero unum nomisma unus argenteus erat. hoc autem ab Assyriis coepit. dicunt enim quod Abraham in terram Chanaan hanc advexerat formam. talenti autem [centesima vicentesima quinta] pars CXXV I libra est.

31. Libra habet uncias XII.

32. Uncia habet stateres duos.

33. Stater vero, qui est medietas unciae, duas didragmas habet.

34. Quadrans autem vocatur et siclus; sed siclus quarta pars unciae fuit, at stateris medietas, dragmas continens duas.

35. Dragma siquidem fuit octava pars unciae. vocabatur autem dragma et olce, quod eiusdem subsisteret ponderis, quod ideo dixerim, quia legitur capillus Abessalom per tempora quibus tondebatur fuisse appensus habens †ponderis CXXV siclorum, quod est unciarum XXX unius et sicli unius, id est librarum duarum semis unciae unius et sicli unius.

36. Obolus et ipse in argenteis formabatur, qui erat et ipse octava pars unciae, non ex argento facta sed ferro. erat vero et alter obolus, qui ex argento feriebatur, quasi solidus quidem, qui tam minutissimus erat, ut †XXXma pars unciae esset. dicitur namque in Levitico ita 'didragma vero XX sunt oboli';

---

1. argenteos *A* 4. Chanaam *LeM* 5. CXXVI libra *A* 10. didrachmas *LeM* 12. at] ad *A* drachmas *LeM*, *sic etiam posthac* 14. Drachma *etiam A ex sil.* 15. dracma *A* oloe *A* 17. fuisset *A* 18. ponderis] *lege* pondus *coll. Epiph. p. 265, 21* 19. id est] idem *A* 21. et ipse — 22. argento *om. A* 25. *lege* LXXXma 26. didracma *A*, didrachma *LeM*, *item uterque p. 105 vs. 1*

quia vero didragma pars quarta sit unciae, ante docuimus.

37. Aegyptii autem hos aeneos fieri adinvenerunt, quorum forma argenteis differens non est. unde apud Alexandrinos argentea aerea nominantur, quod aes sicut dragma VIII pars unciae est.

38. De mna. mna prout dicatur mani hebraice, siquidem manis argenteus nominatur. mna vero Italica XL stateres habet, item uncias viginti, quod fit libra una et duae tertiae librae unius.

39. Item de argenteis, de nummis, de miliarensibus. argenteorum vero multae circa quodque tempus figurae percutiebantur. qui apud Latinos a Numa Romanorum rege nummi vocantur, *qui* coepit ferire pecuniam. bis aureum vero antiqui vocabant argentei medietatem, id est dichryson. argentea vero sunt quae militarensia vocant a militibus, quorum sunt munera, derivando. nam corrupto postea nomine miliarensia dici coepere quae prius militarensia vocabantur. dumque exstinctus fuisset illius temporis rex, cuius solidus erat in hoc bis aureo figuratus, damnata eius pecunia reproba nominata est.

40. De folli. follis qui et ballantion, id est sacculus, a duplicatione nominatur; duo namque sunt et semis argentei, qui faciunt minutos denarios †duo. follis autem secundum denariorum pondus ac numerum, non secundum metalli meritum.

---

3. Χαλκοῖ. τούτουϲ οἱ Αἰγύπτιοι *Epiph. p. 266, 9* eneos *A* 7. hebraicae *A* 9. idem *ALeM* 10. libre *A* 12. multe *A* 13. figure *A* 14. qui *om. A* 16. dichrison *ALeM* 17. que *A* 18. numera *A* 19. cepere *A* que *A* 20. dum quod *LeM* 25. duo] ϲη′ *Epiph. p. 267, 5,* ϲν′ *libri p. 145 adn. 4 citati*

41. **De mari, de hydria, de cypro, de choenice.** maris idem quod cypros mensura est apud Ponticae provinciae homines, quae continet hydrias duas. hydria vero apud eos est sextariorum decem, ita ut sit maris idemque cyprus XX sextariorum Alexandrinorum. cyprus apud eosdem Ponticos est seminum mensura siccorum, capax hydriarum duarum, idem continens minora modia duo, quae apud eos choenicum quinorum esse dicuntur. choenix vero apud eos duo sextaria continet, ita ut sit cyprus sextariorum XX. nam modius eorum maior sextariorum XX et IIII capax est.

42. De collatho. collathus est apud Syros medium sati in liquidis, quod est sextariorum XXIIII.

43. De congiario. congiarium mensura est liquidorum, cuius et res simul et nomen a Romanis positum constat. hanc vero mensuram in descriptione historiarum circa singula tempora tam Eusebii quam aliorum qui similis exstiterunt materiae conscriptores poteris invenire.

123. *Ex Isidori etymologiarum libro XV caput XV.*

XV. DE MENSURIS AGRORUM.

1. Mensura est quidquid pondere capacitate longitudine altitudine latitudine animoque finitur. maiores itaque orbem in partibus, partes in provinciis, provincias in regionibus, regiones in locis, loca in ter-

3. que *A* 6. ponticus *A* 8. que *A* 9. quinque *LeM* coenix *A* 13. collatus *ALeM*

23. quicquid *BCv* 26. regiones] Regionibs A

ritoriis, territoria in agris, agros in centoriis, centoria in iugeribus, iugera in climatibus, climata in actus, actus in perticas, perticas in passus, passus in gradus, gradus in cubitos, cubitos in pedes, pedes in palmos, palmos in uncias et digitos diviserunt. tanta enim fuit illorum sollertia.

2. Digitus est pars minima agrestium mensurarum.

3. Inde uncia habens digitos III.

4. Palmus autem quattuor digitos habet, pes sedecim.

5. Passus pedes quinque.

6. Pertica passus duo id est dece*m pedes*. pertica autem a portando dictum quasi portica. omnes enim praecedentes mensurae in corpore sunt, ut palmus pes passus et reliqua: sola pertica portatur. est enim decem pedum ad instar calami in Ezechielo templum mensurantis.

7. Actus minimus est pedum IIII latitudine, longitudine CXL.

---

1. cent$\overset{u}{\text{o}}$riis cent$\overset{u}{\text{o}}$rias *B*, centuriis centurias *Cv* 3. acetus Acetus in perticas *A* 3—5. actus in perticas *etc.*] perticas passus (passos B^1) gradus (grados B^1, *om. C*) cubitos (cubitus B^2C^2) pedes palmos (palmas B^1) uncias et digitos *BCv* 4. gratus in cub. *A* 5. diueserunt *A*, diui$\overset{s}{\text{d}}$erunt *C* 6. eorum *BC* 7. menima *A* agrestiam B^1 8. habet B^2C^2 digitus B^1, *ut videtur* 9. quatuor *Cv*, *itemque infra* pes] pedes B^1 sedecem *A* 12. duos *BCv* dece*m pedes*] dece *A*, pedes decem *BCv* 13. dicta *BCv* 15. p$\overset{e}{\text{a}}$s *C* portatur pertica *C* 16. decem peduum *A*, dec$\overset{e}{\text{i}}$m pedum *C*, pedum decem *B*(?)*v* ad *om. B* Ezechiele B^2v 17. templ$\overset{u}{\text{o}}$ *B* 18. menimus *A* peduum *A*

8. Climata quoque [undique] versum pedes habent LX, ita

LX
LX ☐ LX.
LX

9. Actus quadratus undique finitur pedibus CXX, ita

CXX
CXX ☐ CXX.
CXX

hunc Baetici arapennem dicunt, ab arando scilicet.

10. Actus duplicatus iugerum facit. ab eo quod est iunctum iugeri nomen accepit.

11. Iugerum autem constat longitudine pedum CCXL, latitudine CXX, ita

CCXL
CXX | iugerum | CXX.

12. Actum provinciae Baeticae rustici †agnos vocant.

13. Porcam idem Baetici XXX pedum latitudine

---

1. climmata *C*   habet *C*   2. LX (*ante* ita)] sexaginta *BCv*   3. fiitur *A*, *sed latere videtur sub* t *vestigium litterae* n   centum viginti *BCv*   4. betici *A*, pedici *B*[1]   arapenne *A*   9. ducentorum quadraginta latitudine centum viginti *BCv*   *figuram sic exhibet A:*

CXX
CCXL | iugerum | CCXL, *eandem C:*

CCXL
CXX | scotrū | CXX:
CCXL

idem in marg.:

CCL
CXX · CXL | sgoirū | CXL;
CCL

magis etiam corrupta scriptura in B   10. beticae *et* 12. betici *A*   agnus *C*[1], agnum *BC*[2], agnuam *Columella*   12. p$\overset{o}{a}$rcam *B*   baetici triginta *BCv*

LXXX
et longitudine LXXX dicunt: XXX ☐ XXX. sed porca quod in arando extat: quod defossum est lira.

14. Canditum appellant Galli in areis urbanis spatium centum pedum, quasi centetum. in agrestibus autem pedes CL quadratum iustum canditum vocant.

15. Centuria autem ager est ducentorum iugerum, quae aput antiquos a centum iugeribus vocabatur, sed postea duplicata est nomenque pristinum retinuit. in numero enim centuriae multiplicatae, sed nomen mutare non potuerunt.

124. *Ex eiusdem libri capite XVI.*

XVI. DE ITINERIBUS.

1. Mensuras viarum nos miliaria dicimus, Graeci

---

1. et LXXX longitudine definiunt *BC* *in figura pro* XXX *A utroque loco habet* XU, unde XV *C*; sed recte XXX *B* 2. porca] porca est *BC²*, pota est *C¹* quod *AB¹C¹*, quae *B²C²* lira *C¹*, lyra *A*, liram *B¹*, libram *B²C²* 3. Canditum appellant Galli] quo alli candidum appellant *B¹*, quo galli canditum appellant *B²*, quod alli gaudetum appellant *C* 4. spatii *A* et *ante* quasi *add.* *B* 5. quatratum *A* pedes C C pedum //////////// et L quadratorum iustum candetum *B*, pedes CL quadratorum iustum candetum *C* 6. *post* vocant *BC addunt:* porro stadialis (statialis *B*) ager habet passus CXXV, id est pedes DCXXV, cuius mensura octies conputata (conpotata *B¹*) miliarium facit qui constat quinque milia pedibus (?) 7. centurio *ABC* ager est] ager es *B*, est ager *Cv* duocentorum *A* 8. qui *ABC* apud *BCv* a centum] centum *BC²*, C a *C¹* uocabantur *A* 9. *post* est *add.* mensura BC retenuit *AB* 10. sed] sunt *BCv* 14. miliario B¹ greci A

stadia, Galli leuvas, Aegyptii †signes, Persae parasangas. sunt autem proprio quaeque spatio.

2. Miliarium mille passibus terminatur. et dictum miliarium quasi mille †adium, habens pedes V milia.

3. Leuva finitur passibus $\overline{\text{I}}$ D.

4. Stadium octava pars miliari est, constans passibus CXXV. hoc primum Herculem statuisse dicunt eumque eo spatio determinasse quod ipse sub uno spiritu confecisset, ac proinde stadium appellasse, quod in fine respirasset simulque et stetisset.

125. *Ex Isidori libro XVI caput de ponderibus (XXV).*

XXIIII. DE PONDERIBUS.

1. Ponderum ac mensurarum lubet cognoscere modum. nam omnia corporalia, sicut scriptum est, a summis usque ad ima in mensura et numero ex pondere disposita sunt atque formata. cunctis enim corporeis rebus pondus natura dedit; suum quoque regit omnia pondus.

2. [Prius legitur Moyses invenisse.] Primus Phi-

---

1. leugas B^1 aegypti *ABC* signes] *lege* schoenos parusangas B^1 2. queque *A*, qu ·que *B*, *cum superscr.* o *a m. sec.* 4. mille aeum *B* quinque *BCv* 5. mille quingentis *BCv* 6. Sstadium *A* miliarii *BCv* 7. hoc *B*, hunc *ACv* hercŏlem *B* 9. spũ conficisse *A* appellasset *B* 13. XXV *BCv* 14. iubat B^1C, iuvat B^2v cognuscere *A* 15. omnia *add. sup. lin. C* 16. a summis usque] admissisque B^1 imum BC^2, imam C^1 mensuris, *sed litterae* ris *obductae et* ra *superscr.*, *A* ex] et *BCv* 17. adque B^1 20. Prius — invenisse] *v. praef. crit.* primon *et corr.* primũ C fiton A, fidon BC

don Argivus ponderum rationem in Graecia constituit; et licet alii antiquiores extiterint, sed iste hac arte experientior fuit.

3. Pondus dictum eo quod in statera libratum pendeat. hinc et pensum. abusive autem pondus libra una est. unde etiam dipondius dictum est quasi duo pondera, quod nomen adhuc in usu retinetur.

4. Trutina est geminas ponderum lances aequali examine pendens, facta propter talenta et centenaria appendenda, sicut momentanea pro parva modicaque pecunia [haec et moneta vocata]. ea et statera nomen ex numero habens, quod duobus lanciis et uno in medio stilo librata aequaliter stet.

5. Campana a regione Italiae nomen accepit, ubi primum eius usus repertus est. haec duas lances non habet, sed virga est signata libris et unciis et vago pondere mensurata.

6. Examen *est* filum medium quo trutina et statera regitur et lances aequantur, unde et in lanciis amentum dicitur.

---

1. argibus (u *sup.*) *B* greciam *A*, gretiã *C* 2. ista *A* 4. statere *AB*[1] 5. pendiat (e *sup.*) *C* pinsum *A* 6. dictus *BC*[1]*v* 8. est *om. C* gemina *ABC* lancis *B*[1]*C* aequale *A* 10. appenda *A*, adpendenda *C* momentana *BCv* 11. monita *A* 12. duabus *Bv* lancis *A*, lancibus *BCv* 13. filo *vulgo* *post* librata *A add.* in medio stet, *sed ea obducta* 14. § 5 *post* § 6 *poni iusserunt correctores in B et C numeros adscribentes, et sic vulgo legitur* italis *C* 15. primo *B* reppertus *A* 16. uncis *A* 18. est *om. A* quod *B* trutina et] trudine *A*, trutinae *BCv* 19. *inter* et *ac* lances *A add.* lances (cas *sup.*) aequantur, *sed ea obducta* lanciis *AB*[1], lancis B[2]C, lancibus *vulgo*

7. Unicuique autem ponderi certus est modus nominibus propriis designatus.

8. Calcus, minima pars ponderis, quarta pars oboli est constans lentis geminis granis. appellatur autem calcus, quod sit parvus, sicut et lapis calculus, qui adeo minimus est, ut sine molestia sui calcetur.

9. Siliqua vicensima *quarta* pars solidi est, ab arbore cuius . . . . nomen est vocabulum tenens.

10. Ceratim oboli pars media est habens siliquam unam semis. hunc latinitas semiobolum vocat, ceraten autem graece. [latine siliqua cornuum interpretatur.]

11. Obolus siliquis tribus appenditur, habens ceratim duos, calcus IIII. fiebat enim olim ex aere ad instar sagittae, unde et a Graecis nomen accepit . . . ., hoc est sagitta.

12. Scripulus sex siliquarum pondere constat. hic aput Graecos gramma vocatur. scripulus autem dicitur per diminutionem a lapillo brevi qui scrupus vocatur.

---

1. est] e B^1 4. lintis, *sed* e *super prius* i, *B* 5. paruulus *BC* calcolus *A*, *idem B*, *sed* u *superscr.* 6. qui adeo] *corrector in C superscripsit* quia ideo 8. Seliqua *A* uicesima *B* quarta *om. A* soledi *A* 9. *post* cuius *intercidisse videtur Graecum* κερατέα semen *BCv* uocabolum *A* 10. seliquam *A* 11. ceratin *C* 12. autem] *corrector in C superscripsit* vero seliqua *A* 15. calcos B^2v quatuor *BCv* 16. grecis *ABC* nomen a grecis accepit *BC* *post* accepit *intercidit Graecum* ὀβολός 18. scripolus *B* sex] ex B^2C^1 seliquarum *A* 19. apud *BCv* grecos *A* scripolus *A* dictus *BCv* 20. scripus *C*

13. Dragma octava pars unciae est et denarii pondus argenti, tribus constans scripulis, id est decem et octo siliquis. denarium autem dictum, quia pro decem nummis imputatur.

14. Solidum nuncupatum, quia nihil illi deesse videtur. solidum enim veteres integrum dicebant et totum. ipse quoque nomisma vocatur pro eo quod nominibus principum effigieque signetur. ab initio vero unum nomisma unus argenteus erat; hoc enim ab Assyriis coepit. dicunt autem Iudaei, quod Abraham in terram Chanaan primus hanc advexerit formam. solidus aput Latinos alio nomine sextula dicitur, quod his sex uncia conpleatur, hunc, ut diximus, vulgus aureum solidum vocat, cuius tertiam partem ideo dixerunt tremissem eo quod solidum faciat ter missus.

15. Sextula bis adsummata duellam facit, ter posita staterem reddit.

16. Stater autem medietas unciae est, appendens aureos tres, unde et vocatur stater, quod tribus solidis stet. haec et semuncia, quia semis habet de

---

1. octaba *A* 2. est XVIII *BCv* 3. seliquis, *sed* i *super* e, *C* 4. inputatur *BC* 5. nuncupata *C*[1] quia] quod *C* illi *om. B* 7. nummisma *A*, n$\overset{u}{o}$misma *C* 8. principatum *C*[1] effigiesque *A*, effigiisque *BC*[2], effigisque *C*[1] signetur] uocatur *B* 9. nummisma *A* 10. asiriis *C* cepit *A* 11. terra *AB* chanan *A* 12. apud *BCv* 13. his *BC*, *sed in B* h *punctis notatum*, bis *A* unciis *A*, unci$\overset{i}{a}$s *B*, unciaṡ *C* compleatur *BCv* 14. uocant *BC* 15. tremisse *B*[1] 17. adsumat *B*[1], adsumpta *C*, assumpta *B*[2]*v* 19. statera *C* adpendens *C* 21. *semuntia B*[1], semiuncia *B*[2]*Cv* quia] quod C

uncia. haec et semissis, quia ponderis semis est quasi semis assis.

17. Quadrantem Hebraei similiter codrantem vocant; et vocatur quadrans, quod unciae quartam partem appendeat.

18. Sicel, qui Latino sermone siclus corrupte appellatur, Hebraeum nomen est, habens aput eos unciae pondus. aput Latinos autem et Graecos quarta pars unciae est et stateris medietas, dragmas appendens duas. unde cum in litteris divinis legatur siclus, uncia est, cum vero in gentilium, quarta pars unciae est.

19. Uncia dicta, quod universitatem minorum ponderum sua unitate vinciat, id est conplectat. constat autem dragmis octo, id est scripulis XXIIII. quod proinde legitimum pondus habetur, quia numerus scripulorum eius horas diei noctisque metitur, vel quia libram efficit duodecies conputatus.

20. Libra XII unciis perficitur et inde habetur perfecti ponderis genus, quia tot constat unciis quot mensibus annus. dicta autem libra, quod sit libera et cuncta intra se pondera praedicta concludat.

---

1. semisses *C* 3. codrantem] quadratem *A*, quadrantem *BC*[2] 4. quadrã *B*[1]*C* 5. adpendat *B*[1]*C*, appendat *B*[2]*v* 6. corruptae *A*, correpte *C*[1] 7. hebreum *A*, //ebreum *B* apud *BCv*, *item vs. 8* 8. grecos *A* 9. adpendens *C* 10. legitur *BCv* sidus, *sed superscr.* siclus, *C* 11. in *om. B* unciae pars est *B* 13. uniuersitate *A* 14. unciat *A* 15. VIII *BCv* scripolos *A*, scrupulis *C* 17. scripolorum *A* diaei *A* mititur *A*, meditur *B*[1] 18. efficet *A*, effecit *B* duodecies] duodem est *B* 20. quot] quod *AB*

21. Mina in ponderibus centum dragmis appenditur et est nomen Graecum.

22. Talentum summum esse pondus perhibetur in Graecis; nam nihil est calco minus, nihil talento maius. cuius varium aput diversas gentes pondus habetur. aput Romanos autem talentum est septuaginta duarum librarum, sicut Plautus ostendit, qui ait duo talenta esse centum quadraginta *quattuor* libras. [est autem triplex, id est minor, medius, summus. minor quinquaginta, medius septuaginta duarum librarum, summus centum viginti constat.]

23. Centenarium numeri nomen est eo quod centum librarum ponderis sit. quod pondus propter perfectionem centenarii numeri instituerunt Romani.

126. *Ex eodem libro caput de mensuris* (*XXVI*).

XXV. DE MENSURIS.

1. Mensura est res aliqua modo suo vel tempore circumscripta. haec aut corporis est aut temporis. corporis, ut hominum lignorum et columnarum longitudo et brevitas. sed et solem istum propriam sui

---

1. m//na *B* 2. grecum *ABC* *post* Graecum *BC* *add.* quod sunt siliquae (siliqui *C*) IDCCC tremisses CCXXV solidi LXXV stateres XXV 3. peribetur in grecis *A* 4. calculo *C* 5. uarius *A* apud *BCv*, *item vs. proximo* 6. autem] enim *BCv* est] esse *A*, *om.* *B*[1] LXXII *BCv* 8. centum quadragenta *A*, CXLIV *Bv*, CXLIII *C* 9. minus medium summum *B*[2]*C*[2] *eademque in proximis* 10. quinquagenta *A* septuagenta duarum *A*, LXXII *BCv* 11. centum vigenti *A*, CXX *BCv* 16. XXVI *Cv* 18. inscripta *C*[1] haec autem *A*

orbis habere mensuram, quod geometrici perscrutare audent. temporis, ut mensura horarum et dierum et annorum. unde et metiri pedes horarum dicimus, hoc est mensurare.

2. Proprie autem mensuram vocant, quo ea fruges metiuntur atque frumentum, id est humida et sicca, ut modios urnas et amphoras.

3. Mensurarum pars minima coclear, quod est dimidia pars dragmae, appendens siliquas novem. [qui triplicatus conculam facit.]

4. Concula dragma una et dimidia adimpletur.

5. Cyati pondus decem dragmis appenditur. [qui etiam a quibusdam causatus nominatur.]

6. †Oxifalus fit, si quinque dragmae addentur ad decem.

7. Acetabulum quarta pars eminae est, duodecim dragmas appendens.

8. Cotula emina est, habens cyatos sex. quae idcirco cotula vocatur, quia cote Graeco sermone incisio dicitur, et emina sextarius in duo aequa

---

1. ge$\overset{o}{u}$metrici *B* perscrutari *Bv* 2. ut] et *AB*, *om. C* mensuras *B*, mensur$\overset{a}{i}$s *C* aut dierum *Cv* 3. metire *AC* 5. Propriue *A* mensurae *B* uocata *BC* quod *Cv*, quo in *B* 7. modi$\overset{o}{u}$s *B* ornas *A* anforas *BC* 8. menima *A* 9. dragme *A* seliquas AC^1 nove *A* 10. tr$\overset{i}{e}$plicatus *B* 11. adimplet *A* 12. ciati *BC* adpenditur B^1C 13. assatus BC^2, cuatus *vulgo* 14. obsifalus *B*, $\overset{b}{o}$xifalus *C; lege* oxybaphum addunturad X *BCv* 16. Acitabulus AC^2, acitabulum BC^1v XII dragmas adpendens *BC* 18. cotyla B^2C^2v cyatus *A*, sciatos *B*, ciatos *C* 19. cotyla B^2C^2v *quia*] quod *C* greco *A*, in greco *B* 20. sextari *A*, *sextarii BCv*

inciditur. emina autem appendit libram unam, quae geminata sextarium facit.

9. Sextarius duarum librarum est. qui bis adsumptus nominatur bilibris; adsumptus quater fit Graeco nomine †cenix; quinquies conplicatus †quinarem sive gomor facit. adice sextum, congium reddit. nam congius sex metitur sextariis, a quo et sextarii nomen dederunt.

10. Congius autem a congiendo, id est per augmentum crescendo, vocatur. unde postea pecunia beneficii gratia dari coepta congiarium appellatum est. unusquisque enim sui temporis imperator favorem populi captans adiciebat, ut largior videretur ex donis.

11. Congiarium autem specialiter mensura est liquidorum, cuius et rem simul et nomen a Romanis impositum invenimus.

12. Metreta est mensura liquidorum. haec a mensura accepit nomen, μέτρον enim mensuram dicunt Graeci, et inde appellata metreta, licet et urna et amphora et reliqua huiusmodi nomina mensurarum

1. *post* inciditur *BC add.* et cotolam (cotulam *C*) facit adpendet *B*, adpendit *C* 3. Sextarium *AB* quiuis B^1 5. greco *A* cenix *bis habet C*; *lege* choenix quinarem] *immo* quinarium 7. coniugius B^1, cogium P^2 sextarius *et ab eadem manu corr.* sextariis *A* 9. Congium *ACv*, congio *B* ad congiendo *B* 11. gratia] grã////// *B* cepta *A* 12. laborem *A*, faborem C^1 13. larguor C^1 in donis *BCv* 15. congiliarium *B* 17. inpositum *BC* 18. Metrum *ABC* 19. accip// *C* μέτρον] metro ABC^2 20. greci *A* et *post* licet *om. B* anfora *AB*, amfora *C*

sint, tamen ista hoc nomen a denarii numeri perfectione accepit.

[Metrum ad omnem mensuram pertinet; metrum enim graece, latine mensura dicitur. nam et cyatum mensura est et anfora mensura est et quidquid plus minus capit mensura est. sed ideo hoc nomen specialiter sibi adsumsit, quod sit mensura perfecti numeri, id est denarii.]

13. Modius dictus ab eo quod sit suo modo perfectus. est autem mensura librarum XLIIII, id est sextariorum XX duorum. cuius numeri causa inde tracta est eo quod in principio deus viginti duo opera fecerit. nam prima die septem opera fecit, id est materiam informem, angelos, lucem, caelos superiores, terram, aquam atque aerem. secunda die firmamentum solum. tertia die quattuor, maria, semina, sationes atque plantaria. quarta die tria, solem, lunam et stellas. quinta die tria, pisces et reptilia aquarum et volatilia. sexta die quattuor, bestias, pecora, reptilia terrae et hominem. et facta sunt omnia XXII genera in diebus sex. et XXII generationes sunt ab Adam usque ad Iacob, ex cuius se-

1. sunt C^1 nomeri *A* perfectionem *AC* 4. grece *A* mensura — cyatum] dr̃ mensura ////////// *C* ciatum B^2, citatus B^1, *om. C* 5. sed anfora *C* quicquid *BCv* 6. minusue *BCv* 7. adsumpsit *BC* 9. dr̃ BC^2 ab *om. C* perfectus //////// est *C* 11. XXII *BCv* 12. ds̃ *A* XXII *BCv* 13. primo *C* VII *BCv* operas *A* 14. coelos *BCv* 15. diae *A* 16. quatuor *BCv* seminationes atque *C ex corr.* 17. planaria *A* 17.18. trea *A*, *idem B cum superscr.* i 18. stillas *A* 19. quatuor *BCv* 20. pecoͧdes *BC* 21. generatines *A* 22. *sunt om.* C^1 iacop *A*

mine nascitur omnis gens Israel. et XXII libri veteris testamenti usque ad Hester, et XXII sunt litterarum elementa, quibus constat divinae legis doctrina. his igitur exemplis modius viginti duorum sextariorum a Moyse secundum sacrae legis mensuram effectus est. et quamvis diversae gentes huic mensurae pondus vel adiciant ignorantes vel detrahant, aput Hebraeos constitutione divina tali ratione servatur. [modius enim a modo dictus. hinc et modica, id est moderata. modicis enim modus nomen inposuit. nam modica pro parvis abusive, non proprie dicimus.]

14. Satum genus est mensurae iuxta morem provinciae Palaestinae, unum et dimidium modium capiens. cuius nomen ex Hebraeo sermone tractum est; satum enim aput eos nominatur sumptio sive levatio eo quod qui metitur eandem mensuram sumat ac levet. est et aliud satum mensura sextariorum viginti duorum capax quasi modius.

15. Batus vocatur Hebraica lingua ab olearia mola, quae aput eos †valbata nominatur, capiens quinqua-

---

1. omnes gens isr̄l *A* libri veteris] litterarum *B* testamenti *om.* *C*[1] 2. litterarum sunt *BC* 4. expletis *C*[2] uigenti *A* XXII *BCv* 5. mensuram] //////ra *A*, mensu *superscr. alio atramento* 7. ignorauter *C* detrah^a^unt *B* apud *BCv* hebreos *A* 8. constitutionē *C* 9. 10. id est — modica *in marg. add.* *B*[2], *eadem* *B*[1] *habet post* mensura § *14 vs. 17*, *eadem in C utroque loco in contextu scripta* 9. moderatā *B*[1] 10. modicis] adicere *B*[1] 12. more *A* 13. palestinae *A* 14. hebreo *A* 15. apud *BCv* 16. elevatio *B* 17. leuit *B*[1] //st // // *B* 18. uigenti *A* XXII *BCv* 20. *post* quae *B add.* bet *et superscr.* beta, *C in marg. add.* beta apud *BCv* uel bata *BC (conf. vol. I* p. 273,23) quinquagenta A

ginta sextaria, quae mensura una molae vice proteritur.

16. Amphora vocatur, quod hinc et inde levetur. haec graece a figura sui [dicta] dicitur, quod eius ansae geminatae videantur aures imitari. recipit autem vini vel aquae pedem quadratum, frumenti vero modios Italicos tres.

17. Cadus Graeca amphora est, continens urnas III.

18. Urna mensura est quam quidam quartarium dicunt. proprie autem urna vas est, quod et condendis defunctorum cineribus adhiberi solet, de quo poeta

caelo tegitur qui non habet urnam.

19. Medimna mensura est quinque modiorum. medimna autem Latina lingua vocatur, id est dimidia, eo quod quinque modiis metiatur, qui est dimidius numerus perfecto denario.

20. Artaba mensura est aput Aegyptios sextariorum LXX duorum, conposita ex numero propter LXX et duas gentes vel linguas quae orbem impleverunt.

21. Gomor quindecim modiorum onus appendit.

---

1 qua *A* mola *A* vice *om.* *C*[1] 3. Anfora *ABC* uocata *BCv* 4. grece *A* dicta dicitur] dicitur *B*, dicta *Cv; legendum videtur* ὤατον dicitur 5. recępit (i *suprascr.*) *B* autem] enim *C* 6. aque *A* 8. greca *A* anfora *ABC* anfora est graeca *B* continen *A* 9. Orna *A* 10. orna *A* quod] quae *A* et] pro *BCv* 13. coelo *BCv* ornam *A* 15. Medimpna *A* 16. dimitius *A* 17. a perfecto *B*[2]*Cv*, aperto *B*[1] 18. apud *BCv* egiptios *A* 19. LXXII *BCv* LXXII gentes *BCv* 20. inpleverunt *B* 21. XV *BCv* unus *AC*, uạnus (i *suprascr.*) *B* apendit *B*[1], adpendet *C*[1], appetit *C*[2]

22. Corus XXX modiorum mensura conpletur. hic ex Hebraico sermone descendit, qui vocatur cor a similitudine collis. corea enim hebraice colles appellantur. coacervati enim modii triginta instar collis videntur et onus cameli efficiunt.

127. *Ex eodem libro caput de notis ponderum et mensurarum (XXVII).*

XXVI. DE SIGNIS PONDERUM.

1. Ponderis signa plerisque ignota sunt et inde errorem legentibus faciunt. quapropter formas eorum et caracteres, ut a veteribus signata sunt, subiciamus.

2. Z littera significat dimidium obolum.

3. — virgula aequaliter iacens et porrecta simpliciter significat obolum.

4. = gemina virgula duo oboli sunt.

5. T Latinum significat obolos tres.

6. F Latinum significat obolos quattuor.

7. E Latinum demonstrat obolos quinque.

8. Oboli vero sex propterea caracterem non habent eo quod in una dragma sex veniant, quod est pondus denarii argenti.

---

1. Chorus *BC*[2] completur *BC* 2. discendit *A*, *idem BC*, *sed in his* e *superscr.* cor *A (v. vol. I p. 273, 7)*, cora *Bv*, c^{h}ora *C* 3. c^{h}oria *C* hebraicae *A* 4. trigenta *A*, XXX *BCv* 5. camelli *AB* 10. errare *A* famas *B* 11. ita ut *Cv* 13. litterra *A* otelum *B*[2] 14.16. *notas* — *et* = *om.* *B*[1]*C*[2] 16. geminata *BCv* uirg^{u}ola *B* 17. obolos III *BC* 18. quatuor *BCv* 20. characterem *BCv* 21. veniunt *C*, *idem B*, *sed corr. ead. m.*

9. H littera significat siliquas octo, id est tremissem.

10. N Latinum significat nomisma Graecum, id est solidum.

11. < virgulae duae ex uno angulo a laeva in dexteram se dividentes significant dragmam, quam etiam olcen appellant.

12. NΓ. N Latinum adiuncta gamma Graeca significat semunciam.

13. Γ°. gamma autem Graecae litterae o Latinum in fine adiunctum significat unciam.

14. Λ̹. †lauta Graecum per medium sui I Latinum adiectum *habens* significat libram.

15. K^{v}. cappa Graecum circa finem cornu adiuncta V Latina significat cyatum.

16. K^{o}. si vero o Latinum habuerit adiunctum, eminam demonstrat, quam Graeci cotilam vocant.

---

1. seliquas AB^1 VIII *BCv* 3. nummisma grecum *A* 4. *post* solidum *BCv add.* IB iota adiuncta beta significat dimidium solidum 5. leua *A* 6. dextram *Bv* deuidentes *A* 8. N *ante* Latinum *om.* BC^1 adiuncto *BCv* greca *A*, graeco *BCv* significat semunciam *in A distincte legi non possunt, cum scriptura fere evanuerit* 9. semeunciam (i *superscr.*) *B* 10. gamme *B* grecę *A* latino *B*, latine *C*, *sed in utroque* ū *superscr.* 11. unciam] se*mun*cia *A (cursivae litterae non perspicuae sunt)* 12. Λ̹] *librae nota in A sic fere* /П\; *ex BC nulla varietas ab eo signo quod Otto habet adnotata* lauta AB^2C, *labda* B^1 grecum *A* 13. adiunctum BC^2 habens *om. ABC (conf. ad p. 123 vs. 3)* 14. KV *ABC* kappa *BCv* grecum *A* cornu *relicto post hoc vocabulum exiguo spatio A*, cornuum *BC* adiun·ta *A*, adiunctum *B*, adiuncto *Cv* 15. latinum *B*, latino *C* ciatum *BC* 16. Ko *A*, KO *BCv* latino (u *superscr.*) *B* adiuncto (ū *superscr.*) *B* 17. heminam *BCv* greci *A*, grecę (i *superscr.*) *C* cotilē *BC*

17. Ξ^{ϵ}. Ξ Graecum si acceperit iunctum ε Latinum, significat sextarium.

18. Ξ^{o}. si o Latinum adiunctum habuerit, indicat acetabulum, quod Graeci †oxifalon vocant.

19. $\overset{N}{M}$. M Graecum superposita N Latina significat minam.

20. T^{Λ}. T Latinum in fine habens †lautum Graecum significat talentum.

21. X^{o}. X Graecum in dextro brachio supero o littera iuncta †cenix est.

128. *Tabula de mensuris porrectis, quadratis, cubicis Balbi expositioni inculcata.*

(Vide prol. § 121, II.)

1. Mensurae aguntur generibus duodecim: digitis: digitus est in pede pars XVI. unciis: uncia est in pede pars XII. palmis: palmus IIII. sextantibus: sextans, quae eadem dodrans appellatur, habet uncias VIIII,

---

1. Ξε *A (nisi quod* Ξ *uno calami ductu scriptum)*; *alii ductus esse videntur in BC* Ξ *alterum om. ABC* grecum *A* latinam *A* 2. sextarium significat *C* 3. Ξo *A (conf. ad vs. 1)*, ΞO *BCv* habuerit *om. BC* 4. acitabulum *A*, *idem BC, sed* e *superscr.* greci *A* oxifalo B^1 5. M *alterum om. AC* grecum *A* superposito *C*, *idem B cum superscr.* ū latino *C*, *idem B cum superscr.* ū 6. minam] *in A nihil nisi* min *idque aegre legi potest*, mina B^1Cv, mna B^2 7. T^{Λ}.T] Aλ. A *A*, ꞷ *BC*, *in marg.* Λ *add. C* latinam in finem *A* lautam B^2C, lapdam B^1 grecum *A* 9. X^{o}.X] λo *A*, Xo *C*, Xo alfa *B* grecum *A* superiori *BCv* 10. coniuncta *BCv* kenix B^2C

digitos XII. pedibus: pes palmos IIII. cubitis: cubitus pedem semis. gradibus: gradus habet pedes IIs. passibus: passus habet pedes V. decempedis: decempeda pedes X. actibus: actus habet pedes CXX. stadiis: stadium habet pedes DCXXV. miliariis: miliarium habet p. $\overline{\text{V}}$.

2. Pes prostratus sic observabitur: ducis longitudinem per latitudinem: facit embadon.

3. Pes quadratu sic observabitur: longitudinem per latitudinem metiemur, deinde per crassitudinem, et sic efficit pedes solidos.

4. Pes quadratus concavus capit amforam trimodiam.

5. In centuria agri iugera CC, modii DC. in circuitu ped. $\overline{\text{VIIII}}$ DC habet. in ea pedum $\overline{\text{II}}$CCCC per $\overline{\text{II}}$CCCC, passus CCCCLXXX per CCCCLXXX, actus XX per XX, cubita ∞DC per ∞DC.

6. Pedes ut in cubitos redigamus, semper duco octies et sumo partem XII: erunt cubita. cubita vero ut in pedes redigamus, semper duco duodecies et sumo partem octavam: erunt pedes.

129. *Mensurarum tabula quae ex libro Balbi excerpta esse dicitur.*

(Vide prol. § 121, II.)

1. Centuria habet ped. $\overline{\text{II}}$CCCC per IICCCC, passus CCCCLXXX per CCCCLXXX, actus XX per XX, cubita ∞DC per ∞DC, perticas CCXL per CCXL, agnas DC per DC, decempedas $\overline{\text{LVII}}$ DC. fiunt in

---

25. per] ped *A* 27. cubita — 28. $\overline{\text{LVII}}$ DC] *haec sic scripta in A (deletis iis quae uncis inclusa sunt)*: cubita

centuria acti constrati CCCC, ped. $\overline{\mathrm{L}}$DCCLX milia. efficit iugera CC.

2. Pes habet palmos IIII. cubitus habet pedem unum S. gradus habet ped. IIS. passus habet ped. V. ulna ped. IIII. decempeda habet ped. X digitorum XVI. pertica habet ped. XII digitorum XVIII. actus habet ped. CXX, perticas XII. stadius habet ped. DCXXV. miliarius habet passus ∞, ped. $\overline{\mathrm{V}}$. porca habet ped. $\overline{\mathrm{VII}}$ CC. agnua habet ped. $\overline{\mathrm{XIIII}}$ CCCC. iugerus habet ped. $\overline{\mathrm{XXVIII}}$ DCCC.

3. Mensurarum genera sunt tria, rectum, planum, solidum. rectum est cuius longitudinem tantummodo metitur. planum est . . . cuius longitudinem et latitudinem et crassitudinem metetur.

130. *Ex libro de iugeribus metiundis.*

Kastrensis iugerus quadratas habet perticas CCLXXXVIII, pedes autem quadratos $\overline{\mathrm{XXVIII}}$ DCCC, id est per latus unum perticas XVIII, quae in quattuor latera faciunt perticas LXXII. habet itaque tabula una quadratas perticas LXXII. si ergo fuerit ager tetragonus isopleurus, habens per latus unum perticas L, ita eum metiri oportet, ut sciamus quot iugera habeat intra se. duco unum latus per aliud:

---

mile [∞dC^{CCCC} per ∞dC^{CCCC}. perticas CCXL^{CC} per CCXL^{CC} agnas dC. per dC.] ped dLXX VII per dCCVII. in hoc pede digiti sunt XVIII non XVI. decempedas LVII dC per LVII dC 3. palmus *A* gubitus *A* 12. soledum *A* longitudonem *A* 13. *verba quae post* planum est *interciderunt repete ex Balbo (fr. 113, 18)* 16. quadratus *libri La (v. prol. § 121 adn. 1)* 22. quod La

fiunt perticae $\overline{II}$ D, quae faciunt iugera VIII, tabulas II, perticas LII.

Itaque kastrensis iugerus capit K. modios III.

131.

DE MENSURATIONE IUGERI.

Iugerum unum pedes CCXL et in latitudine pedes C÷. faciunt terram modiorum III.

132. *Tabula codicis Bobiensis.*

(Vide prol. § 122.)

1. Pondera Attica habent genera VIIII.

I. Talentum.
II. Mna.
III. Libra.
IV. Uncia.
V. Stater.
VI. Dragma.
VII. Scripulum.
VIII. Obulus.
VIIII. Siliqua.

2. Talentum habet mnas lx, libras lxxx *uncias* viii, uncias *d*ccccclxviii, stateres ∞dccccxxxv, dragmas $\overline{vii}$ dccxl, scripulos $\overline{xxiii}$ ccxx, obolos $\overline{xlvi}$ ccccxl, siliquas $\overline{xcii}$ dccclxxx.

3. Mna habet libram I uncias IIII dragmam I, sta-

2. *huc pertinet apud La fig. 333* 7. *lege* CXX terra *libri La* 20. lxxx viii uncias cccclxviii *cod.* 22. $\overline{VII}$ CCCXL *cod.* $\overline{XLVI}$] $\overline{XLV}$ *cod.* 24. libr. *cod.* stateres XXII et dragma dragmas habet CXCVIIII *cod.*

teres XXXII et dragmam *I*, dragmas habet CXXVIIII, scripulos ccclxxxvii.

4. Libra habet uncias XII, stateres XXIIII, dragmas XCVI.

5. Uncia habet stateres II, dragmas VIII.

6. Stater habet dragmas IV, scripulos XII, obolos XXIIII, siliquas XLVII*I*.

7. Dragma habet scripulos III, obulos VI, siliquas XII.

8. Scripulus habet obolos II, siliquas IIII.

9. Obulus habet siliquas II.

133. *Tabula codicis Bernensis.*

1. I As unc. XII.
2. SZZ′ Labus unc. XI.
3. SZZ Dextas unc. X.
4. SZ′ Doras unc. VIIII.
5. SZ Beias unc. VIII.
6. S′ Septus unc. VII.
7. S Semis unc. VI.
8. ZZ′ Quincus unc. V.
9. ZZ Treas unc. IIII.
10. Z′ Quadras unc. III.
11. Z Sextas unc. II.
12. –Ɛ Sescuncia unc. I et semis.

---

3. dragmas XCVII *cod.* 7. siliquas XLVII *cod.* 13. unc̃ *cod. ubique* 14. *de notis assis partium vide praef.* 15. Destas (x supra s) *cod.* 21. *post* IIII *cod. add.* I ∾ et semis 22. *post* III *cod. add.* I ∾ et media 24. *de his et reliquis notis vide praef. ad* § 12. 15—20. 22. 23. 28. 29. 31—*34* sescuncia (x supra c) *cod.* *post* unc. I cod. add. \ ∾

13. ∾ Uncia tantum unc. I.
14. Ɛ Semuncia media unc.
15. Ɔυ Siclosescli denr. X.
16. υυ Duo sescli dnr. VIII.
17. Ɔ Siclus dnr. VI.
18. υ Sescli dnr IIII.
19. ⅄ Dimidii sescli dnr. II.
20. ⅄ Scriptulus denr. I.

21. — Siliqua grana ordei III.
22. Ǝ Scribolus siliquas VI.
23. < Dragma scribol. III.
24. T Argenteus scribol. C.
25. Ɛ Semuncia dragmas IIII.
26. ∾ *Uncia* dragmas VIII.

[27. ÷ Obolus medio scripulos.
28. Ǝ Scribolus II id est denr. II.]

29. ξ Sestarius lib. IIS, id est duas eminas.
30. I Emina lib. †IS et calices III. calix ciatus VIIII.
31. LS Cotilla, id est emina, ciatus XXVII.
[32. ξ Sestarius habet cotillas II, id est II eminas.]
33. ∾∾ Cyatus < X et Ǝ II. alii dicunt quod habet < VIII. [Cyatus et quiatus unum est quod vulgo dicitur plena bucca.]

---

1. Uncia] Unc̄ *cod.* 3. *v. praef.* denr̄ *cod.*, *item vs. 8 et 16* 4. dnr̄ *cod.*, *item infra* 11. 12. scribol̄ *cod.* 14. Uncia *om. cod.* 15. 16. *haec misere corrupta: vide praef.* 16. id est] I ∾ *cod.*, *item vs. 17. 20. 21. p. 129 vs. 1* 18. *lege* lib. IƐ′ id est calices *cet.* *23.* < *dragmas* VIII *cod.*

34. < Dragma Egyptiaca, id est faba Egyptiaca.

---

35. Cadus grece amphora est continens urnas III. [Cadus situla.]

36. Corus vero modiis XXX completur.

37. Satum genus mensurae, qui tenet iuxta morem provinciae modium et S.

38. Siliqua folliculus leguminum.

[39. Simphonia consonatio plurimorum verborum.]

40. Siclus solidi duo semis.

41. Obolus scripulum dimidium, quod facit siliquas tres.

42. Minaque quam Greci mnam vocant centum dragmis appenditur.

[43. Tympanum quippe est pellis in ligno extensa.]

134. *Tabula codicis Gudiani.*

1. Mensurarum genera snnt XII, digitus, uncia, palmus, semipes, pes, gradus, passus, decempeda, pertica, actus, stadius, miliarius.

2. Palmus habet digitos IIII, uncias III.

3. Semipes habet palmos II.

4. Pes habet palmos IIII.

5. Cubitus habet pedem I S.

6. Gradus habet pedes II S.

7. Ulna habet pedes IIII.

8. Passus habet pedes V.

9. Decempeda pedes X digitorum XVI.

10. Pertica habet pedes XII digitorum XVIII.

11. Actus habet pedes CXX, perticas X.

.X
4. XX. *cod.* 12. Minãque cod.

12. **Stadius habet pedes DCXXV.**
13. **Miliarius habet pedes $\overline{\text{V}}$.**
14. **Porca habet pedes $\overline{\text{VII}}$ CC.**
15. Agnua habet pedes $\overline{\text{XIIII}}$ CCCC.
16. Iugerus habet pedes $\overline{\text{XXVIII}}$ DCCC.
17. Versus habet pedes $\overline{\text{VIII}}$ DCXL.

---

18. ƛ Dimidia sela, pars duodecima unciae.
19. \ Sela, sexta pars unciae.
20. Ɔ Lycus, quarta pars unciae.
21. \\ Duo sela, tertia pars unciae.
22. Ɛ Semiuncia, dimidia uncia.
23. — Uncia.
24. ‾Ɛ Sescuncia, uncia semis.
25. Z Sextam, duae unciae.
26. Z′ Quadran, tres unciae.
27. ZZ Trian, quattuor unciae.
28. ZZ′ Quincum, quinque unciae.
29. S Semis, sex unciae.
30. S′ Septum, septem unciae.
31. SZ Vem, octo unciae.
32. SZ′ Dodran, novem unciae.
33. SZZ Dean, decem unciae.
34. SZZ′ Dabum, undecim unciae.
35. I As, duodecim unciae.

135. *Tabula codicis Mutinensis prioris.*

1. Or Calcus, IIII pars oboli, VIII scripuli.
2. S Siliqua, VI pars scripuli.

---

7. *de notis vide praef.* 26. VIII *significat* octava pars, *item* IIII *p. 131 vs. 1* quarta pars

3. ʒ Cerates, media pars oboli, IIII scripuli.

4. ⋗ Obolus, media pars scripuli.

5. ℞ Scripulus, VI siliquae, id est denarius Gallicus.

6. ψ Dimidia sextula, II scripuli, id est siliquae XII, id est medium denarii.

7. ✱ Dragma, media pars sicilici, id est dn. III Gallici.

8. υ Sextula, IIII scripuli, id est siliquae XXIIII, id est tremissis.

9. Ↄ Sicilicus, VI scripuli, id est siliquae XXXVI, IIII pars untiae.

10. υυ Duella, VIII scripuli, id est III pars untiae, habens siliquas XLVIII.

11. Ꞓ Semiuntia, XII scripuli, id est dnrii Gallici XII, siliquae LXXII.

12. (Untia, XXIIII scripuli, siliquae CXLIIII, d. Gal. XXIIII.

13. –Ꞓ Sexcuntia, uncia et dimidia, dnrii XXXVI.

14. Ꞁ Sextans, untiae II, et est VI pars librae.

*15. Ꞁ′ Quadrans, untiae III, quarta pars librae.

16. ꞀꞀ Triens, untiae IIII, tercia pars librae.

17. ꞀꞀ′ Quincunx, untiae V.

18. S Semis, untiae VI, id est media pars librae.

---

3. silique idē *cod.* 5. $\overset{o}{\mathrm{II}}$ *cod.* id ē *cod.*, *item vs. 6. 13* 7. silici *cod.* id est] ·l· *cod.*, *item vs. 9. 10. 11. 15* dñ *cod.* 9. XXIIIS *cod.* 12. untie *cod. ubique (praeter p. 132 vs. 5)* 14. siliquas] sicil˜ *cod.* 15. dñrii *cod.*, *item vs. 19* 18. d˜ Gal˜ *cod.* 19. *de nota v. praef.* uncia *hoc uno loco cod.* 20. *de notis sextantis et rel. v. praef. ad fr. 133* est] *codex habet longum* s *puncto supposito* libre *cod.*, *item vs. 21. 22. 24* 24. id˜ med˜ *cod.*

19. S′ Septunx, untiae VII.

20. SZ Bisse, untiae VIII.

21. SZ′ Dodrans, untiae VIIII.

22. SZZ Dextans, untiae X.

23. SZZ′ Deunx, untiae XI.

24. X As, untiae XII, id est libra perfecta, et dicitur libra quasi libera eo quod liberaliter pondera cuncta contineat et libret omnia.

25. Ϛ Siliqua est humillimum genus ligni nascentis in littoribus maris, folliculos VI habens, vel genus farris, cuius sex grana scripulum faciunt.

26. Calculus est ciceris grana duo, et est quarta pars oboli.

27. Quatuor calculi obolum unum faciunt.

28. Duo oboli scripulum unum faciunt, id est dn.

29. Tres scripuli dragmam unam complent id est dn. III.

30. Dragma et dimidia et scripulus et obolus quadrantem faciunt.

31. Duo quadrantes stateram faciunt.

32. Duae staterae untiam unam faciunt.

33. Untiae XII libram unam faciunt.

34. Librae LXXII talentum minus faciunt, LXXX medium, CXX maximum.

---

35. Coclear, id est denarius et semis, habet in se dimidiam dragmam, id est scripulum et obolum.

---

4. Dextrans *cod.* 5. untię *cod.* 6. id est] id˜ *cod.* 8. oīa *cod.* 9. Siliq̄ *cod.* 10. habens] hn̄s *cod.* 15. id˜ dñ *cod.* 16. id est dn.] ·I· dñ *cod.* 21. Due statere *cod.* 23. LXXII *cod.* 25. id˜ *cod.*, *item p. 133 vs. 1. 3. 4* ht in se dimid cod. 26. id ē cod.

36. Coclearii IIII, id est IIII dn. et semis, conclam faciunt.
37. Conclae VIII eminam faciunt, id est sol. XX.
38. Eminae II sextarium complent, id est libra I.
39. Sextarii VI conzum reddunt.
40. Conzia tria modium faciunt.
41. Modius unus et semis urnam reddit.
42. Urnae duae amphoram faciunt.
43. Urnae tres cadum, id est artabam.
44. Modii XIV gomor reddunt.
45. Gomor duo chorum faciunt.

136. *Tabula codicis Mutinensis alterius.*

[Incipit tractatus de signis ponderum.]

1. Ponderum signa plerisque ignota sunt et inde errorem legentibus faciunt, quapropter formas eorum et caracteres, ut a veteribus signata sunt, subiciantur.
2. τ littera significat dimidium obolum.
3. — virgula aequaliter iacens et porrecta simpliciter significat obolum.
4. Z geminata virgula duo oboli sunt.
5. T Latinum significat obolos tres.
6. F Latinum significat obolos quatuor.
7. Є Latinum demonstrat obolos quinque.
8. Oboli vero sex propterea caracterem non habent eo quod in una dragma sex veniant, quod est pondus denarii argenti.

---

1. dn̄ *cod.* 3. Concle ·VIII· emitiā *cod.* sol˜ cod. 4. Emine *cod.* 8. Vrne due *cod.* 9. Vrne cod. id est] d˜ *cod.* 19. *nota oboli in cod.* similis est litterae τ

9. H Graeca littera significat †litteras octo, id est tremissem.

10. N Latinum significat nomissa Graecum, id est solidum.

11. I´. iota adiuncta virga significat dimidium solidum.

12. <. virgulae duae ex uno angulo a laeva in dexteram se dividentes significant dragmam, quam etiam olcem appellant.

13. NΓ. N Latinum adiuncto Γ Graeco significat semiunciam.

14. Γ°. gamma autem Graecae litterae o Latinum in fine iunctum significat unciam.

15. $\underset{\iota}{\Lambda}$. lauda Graecum per medium sui I Latino adiecto significat libram.

16. K^{y}. cappa Graecum circa finem cornuum adiuncto y Latino significat ciatum.

17. Si vero o Latinum hoc modo K^{o} iunctum habuerit, eminam demonstrat, quam Graeci cotillem appellant.

18. Si autem hoc modo K^{ϵ} iunctum habuerit ϵ Latinum significat . . . . . .

19. . . . adiunctum indicat accitabulum, quod Graeci oxiphalon vocant.

---

1. litteras] siliquas *Isidor. fr. 127, 9* id est] ·I· *cod., item vs. 3* 3. H Latinum *cod.* grecum *cod.* 5. *de nota vide praef.* virga] uita *cod.* 7. <] IIZ *cod.* uirgula due *cod.* leua *cod.* 10. N *ante* Latinum *om. cod.* 12. gama autem grece littere *cod.* 14. *librae nota in cod. fere eadem ac supra ad fr. 127, 14* 16. Ky capa *cod.* 19. eminam] unam cod. 22. post significat *lacuna est in codice*

20. $\overset{N}{M}$. moi Graecum superposito N Latino significat minam.

21. T^{Λ}. T Latinum in fine †habueris lauda Graecum significat talentum.

22. X^{o}. chi Graecum in dextero brachio superiore o littera coniuncta cenix est.

[Explicit tractatus de signis ponderum: feliciter.]

137—138. *Excerpta ex Isidoro.*

137.

1. Mensura est iuxta Isidorum quicquid pondere capacitate longitudine latitudine altitudine animoque finitur. maiores itaque orbem in partibus, partes in provinciis, provincias in regionibus, regiones in locis, loca in territoriis, territoria in agris, agros in centuriis, centurias in iugeribus, iugera in climatibus, climata in actibus, actus in perticis, perticas in passus, passus in gradibus, gradus in cubitis, cubitos in pedibus, pedes in palmis, palmos in unciis, uncias in digitis diviserunt.

2. Digitus est pars minima agrestium mensurarum.

3. Inde uncia habens digitos tres.

4. Palmus autem quattuor digitos habet, pes vero sedecim.

5. Passus V pedes habet, pertica passus duos, id est pedes decem.

---

3. TL. t. *cod.* 9. *G hunc titulum praefigit* IN DEI NOMINE PAVCA DE MENSVRIS SECVNDVM GEOMETRICAE DISCIPLINAE RATIONEM EX VOLVMINIBVS ERVDITORVM VIRORVM EXCERPTA INCIPIVNT 11. animoquae *G* 13. prouintiis G 22. *quatuor V* 24. ped *G* 25. X G

6. Perticas autem iuxta loca vel crassitudinem terrarum, prout provincialibus placuit, videmus esse dispositas, quasdam decempedas, quibusdam duos additos pedes, aliquas vero quindecim vel X et VII pedum diffinitas, ita dumtaxat ut crassioribus terris minores mensuras, sterilioribus maiores tribuissent, prout modiorum numerus incremento frugum uni cuique loco sufficeret.

7. Quidam autem quinque grana ordei transversa tam indici quam impudico sive medio convenire iudicantes, hos tres digitos simul iunctos unciam dixerunt, palmum autem minimo addito diffinierunt. quidam ergo VII grana ordei in transverso posita pollicem iudicaverunt, ex quibus XV pedem reddunt, pedes duo et semis gressum sive gradum, duo gressus passum, duo vero passus decimpedam perticam faciunt. alii autem voluerunt, ut pertica XL et VIII palmorum esset, quae pertica ad manus XII pedes habet, quod per extensionem brachiorum verius esse demonstratur. idcirco putamus ministeriales imperatorum maiores in accipiendo, minores in dando mensuras habuisse.

8. Actus minimus habet in latitudine ped. IIII, ex quibus pertica esse non potest, in longitudine pedes CXX, qui faciunt perticas decempedas XII.

---

2. prouintialibus *G* 3. decempedes *V*, decimpedas *G* 4. XV *G* vel] L̄ *V* 7. mediorum *V* 9. hordei *V ex sil.*, ʰordei *G* 10. medico *G*, modico *V* 12. autem *ter*mi^{ni}no *G* 13. septem *G* ordei *V*, *G ut supra* 17. XLVIII *G* 18. que *V* 24. ped *G* 25. Xpedas XIIII *V*, *decimpedas* (e above a) *XII G*

9. Actus maior, qui quadratus dicitur, habet undique pedes CXX. qui duplicatus iugerum facit.

10. Iugerum constat in longitudine pedum CCXL, quod sunt perticae decimpedae XXIIII, in latitudine pedum CXX, quod sunt perticae duodecim.

11. Clima dicitur pars agri quadrata, quae habet ex omni parte pedes LX, id est perticas decimpedas undique VI.

12. Arapennis vero, quem semiiugerum dicunt, idem est quod et actus maior, habens undique versum pedes CXX, perticas vero duodecim.

13. Porcam est pars agri habens in latitudine pedes XXX, id est perticas tres, in longitudine LXXX, id est perticas decimpedas VIII.

14. Porro stadialis ager habet passus CXXV, id est pedes DCXXV. cuius mensura octies computata miliarium facit, qui constat quinque milibus pedum.

15. Centuria autem est ager ducentorum iugerum, qui apud antiquos a centum iugeribus vocabatur. sed postea duplicata est nomenque pristinum retinuit. in numero enim centuriae multiplicatae sunt, nomen tamen mutare non potuerunt.

16. Illud enim sciendum est, quod pes dupliciter secundum morem antiquorum pronuntiatur: uno modo eo quod sit naturaliter pes, alio modo quod usurpative per manus metiatur. tantum enim prae-

---

2. ped *G* 4. decimpedes *V*, dec*i*mpedae *G* (e *ex* i *facto*) 5. XII *G* 6. que *V* 7. pedes XL *V*, ped LX *G* 8. sex *G* 10. idem est] id esse *V* 11. XII *G* 12. Porcamis *G* ped *G* 13. III *G* 15. CXXII *V* 16. ped *G* DCXXII *V* occies *G* 17. miliarium qui constat facit *V* 21. multiplicate V 25. *quod] q V* 26. usurpatiuae *VG* precellit V

cellit pes manualis pedem naturalem, quantum pollex in longitudinem protendi potest. similiter et cubitus. nam unus cubitus est qui naturaliter a cubito ad digitorum summitatem usque pertendit; qualis erat cubitus quo arca testamenti, quam Moyses iussu dei fecerat, fuerat mensurata. alius cubitus est, qui et maior dicitur, quo arca Noae demetita esse dinoscitur, qui brachio extenso toto cubito capiti praelato se esse demonstrat. sic etiam et passus apud antiquos dupliciter haberi uidentur. etenim passus dicitur quod duobus gressibus gradiendo conficitur: passus etiam dicitur quantum ambobus brachiis extensis inter longissimos digitos est. status autem est unius cuiusque altitudo.

17. Illud etenim sciendum est, quia sunt mensurae quae ad viatores seu ad cursores pertinent. minima pars stadium est, habens passus CXXV. octo stadia miliarium reddunt, mille passus habentem. miliarius et dimidius apud Gallos leuvam facit, habentem passus mille quingentos. duae leuvae sive miliarii tres apud Germanos unam rastam efficiunt.

138.

DE PONDERIBUS.

1. Ponderum pars minima calculus est, qui constat ex granis ciceris duobus, et apud quosdam siliqua pensante, quae tribus granis hordei declaratur in pondere.

---

2. longitudine *G* 7. archa *V* noe *VG* 8. prelato *VG* 15. quia sunt] quiaster *V*; *legendum videtur* quia sunt et 21. restam *V*

2. Duo calculi ceratim faciunt.

3. Quattuor calculi sive duo ceratim obolum reddunt.

4. Duo oboli scripulum complent.

5. Tres scripuli dragmam faciunt.

6. Dragma quae constat siliquis X et VIII, et scripulus qui est ex siliquis sex, et obolus qui est ex tribus, quadrantem efficiunt continentem in se siliquas XXVII.

7. Duo quadrantes staterem faciunt.

8. Duo stateres unciam reddunt.

9. Iuxta Gallos vigesima pars unciae denarius est, et duodecim denarii solidum reddunt. ideoque iuxta numerum denariorum tres unciae quinque solidos complent. sic et quinque solidi in tres uncias redeunt. nam duodecim unciae libram XX solidos continentem efficiunt. sed veteres solidum qui nunc aureus dicitur nuncupabant.

10. Libra dicitur quicquid per duodenarii numeri perfectionem adimpletur. nam libra dici potest annus, qui constat ex IIII temporibus et XII mensibus, et ex L duabus ebdomadibus et die †vel quadrante. libra esse potest aequinoctialis dies sine sua nocte, qui constat XII horis. hora constat ex V punctis, X minutis, XV partibus, XL momentis, LX ostentis. hora autem diei secundum solis cursum V punctos habet, iuxta lunam IIII. nam libra in ponderibus, in mensuris arborum vel spatio terrarum vel statu hominis, per diversas mensuras in duodenario numero conprehendi potest.

---

12. d*i*narius *G* (e *ex* i *facto*) 22. vel] *lege* et

11. Mna centum dragmis appenditur.

12. Iuxta rationem autem ponderum nihil calculo minus aut talento maius est. etenim L librae talentum minimum est, LXX duae librae medium talentum, CXX librae maximum talentum est.

13. Centenarius autem dicitur eo quod centum libris constet.

139.

DE MENSURIS IN LIQUIDIS.

1. Mensurarum in liquidis coclear est pars minima, qui habet dimidiam dragmam, id est scripulum et obolum.

2. Cocleares duo chemam faciunt.

3. Cocleares III conculam faciunt.

4. Conculae duae cignum sive mistron.

5. Conculae sex et duo coclearia, quae decem dragmas appendent, ciatum faciunt, additis duabus dragmis acitabulum complent, additis adhuc tribus dragmis, quod sunt XV, oxifalum.

6. Non dubites, apud quosdam ciati novem eminam facere videntur, quod sunt dragmae XC; apud quosdam vero acetabula quattuor, quod sunt dragmae XLVIII. emina autem iuxta quosdam appendit libram unam, apud quosdam vero libram et dimidiam.

7. Similiter sextarios duplices iudicaverunt. nam alii voluerunt ut sextarius duarum esset librarum, alii vero trium: utrique tamen ut duae eminae sextarium facerent diffinierunt.

8. Est autem sextarius sexta pars congii, qui in divinis scripturis hin appellatur in liquidis.

9. Cenix autem quinque sextariis adimpletur: cui *si sextum* addideris, fit congius.

10. Congius quater missus modium complet. quem admodum autem de sextario, sic et de modio aliis placuit XVI sextariis modium impleri, aliis XX et duobus, aliis vero XXIIII.

11. Sed has mensuras ad votum principum vel iudicum esse deprehendimus. nobis autem visum est magis convenire ponderum rationi, eo quod de minimis usque ad maiora ducantur, ut primum finem habeat modius in mensuris, sicut libra in ponderibus; quia sicut postquam in ponderibus pensando ad libram pervenitur, cetera quae maiora sunt pondera per librae multiplicationem ponderantur, sic et in mensuris postquam ad modium ventum erit, quicquid amplius mensurandum est, modii multiplicatione peragitur. nam quem admodum a calculo per obolos ac dragmas ceteraque pondera ad libram usque pervenitur, sic in mensuris a cocleari per conculas cyatos ac sextarios ad modium usque pertingitur. est enim modius, ut praedictum est, iuxta quosdam sextariorum XVI, iuxta quosdam autem XX et duorum, apud quosdam vero XXIIII. nobis vero videtur esse rectissimum, ut trium librarum sextario vicies et quater multiplicato modius impleatur; qui modius medii talenti pondere coaequatur, LXX duabus efficitur libris; sive ut quinque libras habens sextarius similiter vicies et quater ductus maximi talenti, id est CXX librarum, pondere mensuretur.

12. Modius et semis urnam faciunt.

13. Similiter in aridis mensuram quae dicitur batum. batus vero constat modiis duobus totidemque sextariis.

---

12. multiplicatione G 19. predictum G

14. Duo bati metretam faciunt, quod sunt sextarii C.

15. Urnae duae amphoram complent, quod sunt modia tria, quod in aridis dicitur aephi.

16. Urnae tres cadum vel artabam faciunt, quod sunt modia IIII et semis.

17. Modia quinque medimnam faciunt.

18. Tres medimnae gomor complent.

19. Duo gomor chorum reddunt.

20. Duo chori chulleum, quod sunt modia LX.

140. *Fragmentum de ponderibus a Salmasio citatum.*

Quadrantem Hebraei vocant quadram, quod quartam partem unciae appendat.

141. *Calvi versio tabularum Alexandrinarum.*

(V. prol. § 123.)

[Aphricanus de medelarum ponderibus mensurisque.]

1. Quoniam multis in locis de ponderibus et mensuris mentionem fecimus, commensus horum veros hic addendos esse putavimus, ne quis anceps et ambigens medelarum auxilia ex his constantia compositaque vituperet et damnet. necessarium ergo duxi differentias horum inter sese, quibusque utendum esset, declarare; plurimis siquidem in usu sunt et Attica et Italica, nonnullis vero et Syriaca et Aegyptia, quae et Ptolemaica dicuntur: quae comparanda inter sese et conferenda sunt.

---

11. *V. praef.*

2. Talentum omne mnas minasve suas [circiter] sexaginta habet, mna vero sive mina stateras quinque et viginti, stater vero drachmas holcasve quatuor. talentum igitur omne mnas sexaginta habet, stateras quingentos milenos, drachmas sex milenas. drachma sex obolos, obolus chalcos octo, drachma ergo chalcos octo et quadraginta habet.

3. Talentum ergo Atticum Ptolemaico Antiochicoque Syriacove pondere, numero, facultate et vi omni par est; sed quantum ad numismata pertinet, Ptolemaici quadruplum est, Syriaci vero tertiarium sesquitertiumve seu epitriton, Turio vero sive Tyrio par est.

4. Talenti differentiam hanc et aliae sequuntur, siquidem mnae et stateres inter sese differunt et drachmae quantum talenta.

5. Talentum etiam lignorum in Antiochia vidi, quod suas sexaginta mnas habet, quod talentum sescuplum sive sexies maius erat pondere quam numarium.

6. Nec etiam hoc me latet drachmarum ipsarum plures esse differentias; Deliacam enim, Aegineticam, Rhodiam Ptolemaicae quincuplam, Nesiacam vero sexcuplam esse scio.

7. Attica ergo utendum est quo ad pondus et numismata, siquidem pondere et facultate sive valore Italicae par est, quae denarius vocatur; plurimi enim nunc fere in omnibus Italica utuntur. mna Attica ergo stateras quinque et viginti habet, libra vero Italica stateras quatuor et viginti. mnarum vero cae-

---

23. Ptolemaicam Ro; correxi ex Graeco contextu

terarum infinitae sunt differentiae, nobis nunc fere nihil necessario declarandae.

8. Libra vero duodecim uncias habet, uncia drachmas octo, drachma grammata tria, gramma duos obolos, gramma rursus thermus lupinosve tres, thermos lupinusve ceratia granulave siliquae duo.

9. Denarius autem apud Romanos dividitur in partes milenas centenas duas et quinquaginta; habet enim tropaica duo quinariosve duos, numos sestertiosve quatuor, assaria vero seu asses sex et decem. numus vero pondere unciam habet. assarion autem assisve seu as dividitur in dimidium, tertium, quartum, sextum, octavum, nonum, decimum, duodecimum, quartum et vigesimum, sextum et trigesimum, octavum et quadragesimum, secundum et septuagesimum. partes autem hae apud Romanos ratiocinatores suas habent nominationes.

10. Sed nunc de mensuris. Amphora quidem vini, quam plurimi metreten dicunt, semiamphoras habet duas, quas communi nomine cados vocant, urnas autem Romani; prochus vero quadrantariave quatuor, choas octo, quas †dicongia nominant, nos autem cabus. chus vero xestas sextariosve sex capit — sextarium vero seu xesten Aegyptiii henion dicunt — uti amphora xestarum sextariorumve octo et quadraginta sit.

11. Syriacus vero metretes Italici duplus est.

12. Sextarius ergo xestesve in duas lances cotu-

---

5. thermus *et* thermos *sunt Graecae terminationes* 22. quas] *immo* quos, *ut* οὓς *vol. I p. 257, 25* dicongia] *in Graeco exemplari* δικογγία *prave scriptum fuit pro* δὴ *κογγία: v. I p. 258, 1*

lasve dividitur, quas heminas vocamus. lanx vero cotulave in duo acetabula oxybaphave dividitur. acetabulum oxybaphonve in tres cuathos cyathosve divisum est. cuathus cyathosve mystra quatuor facit, quae lystra quidam saepe vocitarunt. cochlearium vero mystri dimidium est. sextarius ergo xestesve in cochlearia sex et nonaginta solvitur.

13. Mensurae etiam olei similiter habent, nisi quod a centenario principium habent, quod libras centum habet. metretes autem olearius huius duplus est, caetera vero concordant. quam enim comparationem rationemve librae pondus ad mnam habet, librae mensura eandem ad cotulam habet, sextarii scilicet xestaeve dimidium.

14. Medimnus autem Atticus modios sex Italicos capit. modius autem hecteus vocatur, qui duo hemihectea semimodiosve duos habet. hemihecteon vero choenicas quatuor habet, choenix autem sextarios xestasve duos, uti modius sit sextariorum xestarumve sex et decem. caeteraque metra mensuraeve siccorum cum liquidis dictis similiter habent.

15. Ptolemaicus vero medimnus Attici superdimidium est sesquialterve seu hemiolius, sexque artabis constat; sed priscis temporibus duabus; nam artabe modiorum Italicorum quatuor et dimidii fuerat, nunc vero propter Romanum usum artabae modiorum trium sunt.

16. Coros vero Phoenicius satorum triginta est; saton vero superdimidium sesquialterumve seu hemiolium modii est. saton autem satorumve paucae sunt differentiae.

---

24. *artabae Ro* 25. dimidium Ro

17. Chus vero sextariorum xestarumve sex est; pondere autem vini [quatuor et] decem librarum est, olei novem, mellis quinque et decem. sunt enim cuiusque materiae mensurarum pondere plurimae differentiae.

18. Piperis uncia baccas coccosve seu granula quingenta habet, libra vero quinque milena.

19. Praeterea ne in notis signisve characteribusve erraretur, signa cuiusque sic digessimus. talentum per *tal* notatur, mna per *mn*, libra per *li*, uncia per *un*, drachma per *drach*, eius dimidium *semidrach*, mensura metronve per *metr*, obolus per *obol*, duo oboli *diobol*, tres *triobol*, quinque *pentabol*, dimidium oboli *hemiobol*, chalcus per *chal*, qui est oboli pars octava.

20. Numerorum et notae et mensurarum addentur, sextarius xestesve per *xest*, cotula per *cot*, cuathus cyathusve per *cuat* sive *cyath*.

10. *de notis* tal *et cet. vide prol.* § *123 extr.* 18. *in fine Calvus adscripsit:* 'Numerorum uero notas non addidimus, quia codices nostri non habuerant.'

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Pag. 23 vs. 12 pro *quarto* lege *quinto*.

29 adn. 2 extr. Inscriptio Graeca in qua κάλαμος invenitur est Dauliensis apud Boeckhium vol. I p. 851: ὁδὸς δὲ ἡ ἐπὶ τὸν Ἀρχαγέτην ἕξει πλάτος καλάμους δύο.

32 adn. 3. Ὁλοσηρικὸν σκουτλᾶτον in edicto Diocletiani de pret. r. ven. restituit Car. Keilius in Mus. Rhen. XIX p. 612; et confer locos qui ibidem afferuntur.

39 vs. 7 cum scripsi *levissimo discrimine* recentiorem artabam imminutam esse, significavi et quintam partem pedis Romani et unum digitum (conf. p. 44 vs. 9 a. u.), id quod hic addo, quoniam secus verba mea intellexit Christius p. 452[1]).

quadrantal vocabant antiqui quam ex Graeco amphoram dicunt II 79, 11. 14 *Fest.*, *quadrantal nunc plerique amphoram vocant* 71, 7 s. *Maec.*; est vas pedis quadrati 79, 12. 14 *Fest.*, quod quomodo ex pede porrecto efficiatur describitur 91 vs. 59 ss. *pond.*; habet vini octoginta pondo 79, 1 *Fest.*; capit 2 urnas, 3 modios, 8 congios, 48 sextarios 71, 7 ss. *Maec.* 79, 3. 13. 15 *Fest.*; conf. ἀμφορεύς 2, ἀμφορίσκος, κεράμιον 1, μετρητής 2, *amphora.* — nota quadrantalis II p. xxx.

quadrantarium II 144, 21 *Calv.*

quadras, i. e. quadrans, II 87, 16 *Vict.* 127, 22.

quadratus actus, *pes*, *quadrata pertica*: vide substantiva.

quadrigatus nummus II 76, 21. (80, 21) *Fest.*

quantitas II 72, 24 *ass.*

quartarius, 192ª pars quadrantalis sive amphorae, II 71, 10 s. *Maec.*; nota p. xxx. — i. q. urna, II 120, 9 *Is.*

quattrussis, i. e. 4 assium monetalium, nomen ac nota in ratione denariaria II 67, 22 s. *Maec.*

quattuordeciaere, i. e. 14 asses monetales: nomen ac nota eius in ratione denariaria II 68, 19 ss. *Maec.*

quiatus, i. q. cyathus, II 128, 23.

quinaris sive gomor habet 5 sextarios II 117, 5 *Is.*

quinarius dictus quod quinos aeris valebat II 50, 14 *Varr.*, est nummus argenteus 66, 28 *Maec.*, dimidia pars denarii 144, 9 *Calv.*, olim 5 asses valebat 67, 3 s. *Maec.* 80, 21 *Fest.*, postea 8 asses 67, 10 *Maec.*; nota p. xxx.

quincum, depravata forma ex *quincunx*, II 130, 17.

quincunx, i. e. quinque unciae sive 5 partes duodecimae assis, II 62, 17. 64, 5 *Maec.* 72, 23. 73, 21. 74, 13 *ass.* 83, 20 *Prisc.* 87, 19 *Vict.* 91 vs. 51 *pond.* 99 vs. 6. 127, 20. 130, 17. 131, 23; habet igitur 120 scripula 75, 1 *ass.* — pars iugeri II 56, 1 *Col.* — notae II p. xxvi.

quincus, i. e. quincunx, II 127, 20.

quindeciaere, i. e. 15 asses monetales: nomen ac nota eius in ratione denariaria II 68, 22 ss. *Maec.*

quinques, i. e. 5 assium monetalium, nomen ac nota in ratione denariaria II 67, 24 ss. *Maec.*

quinquessis valebat olim quinarius II 80, 21 *Fest.*

Quirites II 91 vs. 63 *pond.*

93 vs. 83 *pond.*, sive 24^a pars unciae 31. 64, 27 *Maec.* 74, 26 *ass.* 99 vs. 9. 16. 114, 15 *Is.*, comparatur cum reliquis partibus assis 74, 27 ss. *ass.*; idem est 3^a pars drachmae: vide *drachma.* — habet 2 obolos II 38. 100 fr. 121 vs. 18. 127, 10. 128, 15. 129, 10. 131, 2. 132, 15. 139, 4, sive 6 siliquas 83, 9 s. 84, 3 *Prisc.* 88 vs. 10 *pond.* 100 fr. 121 vs. 19. 112, 18 *Is.* 128, 10. 130, 27. 131, 3. 132, 11. 139, 7; eidem tribuuntur 16 grana lentis aut totidem speltae aut 4 lupini 88 vs. 11 ss. *pond.*; aliter 8 chalci 100 fr. 121 vs. 17. — *scripulum dimidium* a quibusdam simplium vocatur, est 576^a pars assis II 65, 15 ss. *Maec.* — *scripulum*, 288^a pars iugeri (conf. *iugerum*), II 55, 7 *Col.* (*scripula duo* ibid. 9), habet 10 pedes in quadratum 52, 8 *Varr.*; haec dicitur minima pars iugeri 4. 52, 7 *Varr.*; apud Columellam autem minima pars, i. e. 576^a, est dimidium scripulum 55, 4 ss. — *scripulum* est pondus denarii Gallici II 128, 8. — notae scripuli II p. xxviii; scripuli dimidii nulla est nota II p. vi. 65, 15 (coll. vs. 14. 20) *Maec.*

scripulus II 74, 23 *ass.* 83, 9. 10. 11. 24. 84, 1. 2. 3 *Prisc.* 99 vs. 9. 16 *v. scr.* 100 fr. 121 vs. 17. 112, 18. 19 *Is.* 126, 22. 127, 2. 6. 8. 10 (sed in eadem tabula *scripulum* 126, 17). 131, 3. 9. 11. 13. 15. 17. 132, 16. 18. 139, 5. 7: vide *scripulum.*

scrupulus II 74, 23. 26. 27. 28. *v. scr.* ad 88 vs. 9. 11. 89 vs. 21 cet.: vide *scripulum.*

se valet dimidium II 50, 2 *Varr.* 86, 18 *Didym.*

sela, i. e. sextula, II 130, 7. 8. 10.

selibra II 50, 3 *Varr.* 70, 19 *Maec.* 93 vs. 96 *pond.*

sembella, i. e. libellae dimidium, II 19. 20. 50, 20 s. *Varr.*; conf. *singula.*

semiamphora II 144, 19 *Calv.*

semias II 50, 6 *Varr.*

semicongius, Romana mensura, 133.

semiiugerum II 54, 2 *Col.* 137, 9.

semimodius II 145, 17 *Calv.*

semiobolus II 27. 88 vs. 8 *pond.* 112, 11 *Is.*

semipes II 58, 16. 17 *Balb.*, habet 2 palmos 129, 20.

semis (semissis), i. q. semias, II 50, 5 *Varr.*, pars dimidia cuiusvis assis sive solidi, 61, 2. 63, 13. 64, 3 *Maec.*, et sic dicitur dimidia pars assis 72, 23. 73, 23. 74, 5. 12 *ass.* 87, 20 s. *Vict.* 91 vs. 52 *pond.* 99 vs. 7. 114, 1. 2 *Is.*, sive librae 97 vs. 174. 176 *pond.* 131, 24. — habet 6 uncias II 83, 20 *Prisc.* 127, 19. 130, 18. 131, 24, sive 144 scripula 75, 2 *ass.* — *semis* (monetalis): nomen ac nota eius in ratione sestertiaria II 69, 7 ss. *Maec.* — *semis*, pars dimidia iugeri, II 56, 3 *Col.* — notae 226, 9 *c. G. VI*^{a}. 244, 7 *c. G. XVI.* 249, 18. II p. xxvi.

semissis, i. q. semis, II 91 vs. 52 *pond.* 114, 1 *Is.*

argenteus, fuit as semis tertius, i. e. duo asses et semis, II 50, 14 s. 18 *Varr.* 66, 28. 67, 4 s. *Maec.* 80, 17. 81, 25 *Fest.* 82, 10. 12 *Prisc.*, sive dupondius et semis 50, 15 *Varr.* 80, 13. 15. 17 *Fest.* 82, 11 s. *Prisc.*, sive duarum semissis librarum 82, 8 *Prisc.*, et sic Didymus: τὰ δύο ἥμιcυ ἀccάρια cηcτέρτιούμ φαcι II 86, 15 ss. (unde facit pluralem cηcτέρτια pro *sestertii* ibid. 21). — postea sestertius 4 asses habuit II 67, 10 *Maec.* — fuit 4ª pars denarii II 80, 12. 14 *Fest.* 86, 15. 21 *Didym.* 144, 9 *Calv.* — sestertius vetustissimus fuit scripuli pondere 67. 68. — partes sestertii in ratione sestertiaria II 19. — nota II p. xxx.

P. Sestius Capitolinus II 78, 10 *Fest.*

sexcuncia passim varia scriptura pro *sescuncia*; item *sexcuns* pro *sescunx* II 83, 22.

sexcuntia, i. e. sescuncia, II 131, 19.

sexis, i. e. 6 assium monetalium, nomen ac nota in ratione denariaria II 67, 27 ss. *Maec.*

sextam, depravata forma ex *sextans*, II 130, 14.

sextans, i. e. sexta pars assis, II 50, 4 *Varr.* 62, 7. 63, 11. 64, 11. 65, 28 *Maec.* 72, 19. 73, 12. 14. 74, 6. 15 *ass.* — constat 2 unciis II 83, 21 *Prisc.* 87, 14 *Vict.* 90 vs. 46 *pond.* 99 vs. 3. 127, 23. 130, 14. 131, 20; habet igitur 48 scripula 74, 31 *ass.* — pars librae II 97 vs. 170. 176. 98 vs. 189. 191 *pond.* 131, 20. — pars iugeri II 52, 11 *Varr.* 55, 18 *Col.* — notae II p. xxvii. — aliter *sextans quae eadem dodrans appellatur* est mensura porrecta II 13. 58, 4. 13 *Balb.*, dimidia pars cubiti (Romani) 58, 18, habet 3 palmos, 9 uncias cet. 58, 14 *Balb.* 123, 17.

sextantarius as II 81, 1. 4 *Fest.*; conf. *as.*

sextarium. hinc *sextaria* II 120, 1 *Is.*

sextarius unde dictus sit II 117, 7 s. *Is.* — est 48ª pars quadrantalis sive amphorae II 71, 9 s. *Maec.* 79, 3. 13. 15 *Fest.*, sive 6ª pars congii 79, 2 *Fest.* 91 vs. 71 s. *pond.* 117, 6. 7 *Is.* 133, 5. 140, 29; habet 2 heminas sive cotylas 116, 20. 117, 2 *Is.* 128, 17. 21. 133, 4. 140, 27. — sextarius librae, i. e. assis, instar divisus usque ad coclear sive scripulum II 29 s. 92 vs. 79 ss. *pond.* — varia pondera vini, aquae, olei, mellis ad sextarii modum inter se comparata II 30. 93 vs. 91 ss. *pond.* — sextarius duarum librarum (i. e. librarum olei) esse dicitur II 117, 3 *Is.* 140, 26. — aliter sextario tribuuntur 2½ librae II 128, 17, aut 3 librae 140, 27. — conf. ξέcτηc. — notae II p. xxx.

sextas, i. e. sextans, II 87, 14 *Vict.* 127, 23.

sextula, i. e. sexta pars unciae, II 31. 50, 1 *Varr.* 64, 23 *Maec.* 74, 21. 25 *ass.* 89 vs. 22 *pond.* 99 vs. 13. 113, 12 s. *Is.* 130, 8, sive 72ª pars assis 65, 2 *Maec.*;

siliqua, folliculus leguminum, II 129, 7, dicitur humillimum genus ligni, folliculos VI habens, vel genus farris cet. 132, 9 ss. — *siliqua*, pondus, i. q. Graecum κεράτιον, 89. 96 cum adn. 1. II 84, 4 *Prisc.* 112, 8 s. *Is.* 144, 6 *Calv.* — est 6ª pars scripuli II 31. 83, 10. 84, 3 *Prisc.* 88 vs. 10 *pond.* 100 fr. 121 vs. 19. 112, 18 *Is.* 128, 10. 130, 27. 131, 3. 132, 11. 139, 7, sive 24ª pars solidi II 112, 8 *Is.* — habet 3 grana ordei II 128, 9. 138, 25 s. — falso siliqua pro 12ª parte drachmae computatur II 38. 127, 8 (conf. 126, 23. 127, 7. 10. 11). — notae II p. xxx.

simplium, i. e. dimidium scripulum, II 65, 16 *Maec.*

singula, 20ª pars sestertii, II 19. 69, 15. 19. 23. 25. 28. 70, 7. 12. 22. 29 *Maec.*, olim fuisse dicitur selibra pondo 70, 19 *Maec.* — notae II p. xxx.

socarium: vide σωκάριον.

solida libra, i. e. as, II 90 vs. 41 *pond.*

solidum, *id est libra, quod as vocatur* II 61, 20 *Maec.*, conf. 91 vs. 52 *pond.*; *solidum veteres integrum dicebant et totum* 113, 6 *Is.*

solidum (στερεόν) in metiendo quid sit II 59, 13 *Balb.*

solidus (aureus) unde dictus sit II 113, 5 *Is.*, nomisma vocatur 113, 7, conf. νόμισμα, *nomisma*; alio nomine sextula dicitur, est igitur 6ª pars unciae, 113, 12 *Is.*; idem vulgo *aureus solidus* vocatur ibid. 14. — notae solidi et dimidii solidi II p. xxx. — aliter solidus (Gallicus) variis rationibus comparatur cum denario Gallico II 133, 3 (coll. 132, 25). 139, 13, cum uncia et libra 139, 14 ss., cum siclo, quarta parte unciae, 129, 9.

solidus pes II 124, 11; conf. *pes.*

sors, i. q. heredium, i. e. duo iugera iuncta, II 57, 8 s. 11 *Front.*

speltae quot in scripulum incurrant II 88 vs. 12 *pond.* (conf. p. 27).

stadialis ager, i. e. stadium, longitudinis mensura, habet 125 passus sive 625 pedes, est 8ª pars miliarii, II 137, 15 ss.

stadium (stadius), mensura longitudinis II 58, 2. 5. 59, 5 *Balb.*, mensura viarum apud Graecos 110, 1 *Is.* — habet 125 passus sive 625 pedes (Romanos) II 54, 8 *Col.* 58, 26 *Balb.* 110, 6 *Is.* 124, 5. 125, 7. 130, 1. 138, 17; est 8ª pars miliarii 58, 27 *Balb.* 110, 6 *Is.* 137, 16 s. 138, 17 s. — non videtur fuisse agrorum mensura apud Aegyptios I 28.

stadius II 125, 7. 130, 1: vide *stadium.*

stamnus: vide στάμνος.

stater pondere est dimidia pars unciae II 31. 37 s. 99 vs. 10. 113, 17 s. 19. 114, 9 *Is.* 127, 5. 132, 21. 139, 11, sive 24ª pars librae 37 s. 127, 4; pendit igitur 3 aureos (solidos) 113, 19 s. *Is.* — idem quota pars sit talenti

tione sestertiaria II 19 s. 69, 8. 9. 12. 15. 28. 70, 3. 12. 22. 30 *Maec.* — nota II p. xxxi.

teruncius dimidius, 80ª pars sestertii, II 69, 19 s. *Maec.*

tetrachmum, i. e. tetradrachmum, praef. II p. vii. viii. 67, 1. 84, 10; conf. τέτραχμον. — tetrachmum (Atticum) habet trium fere denariorum pondus II 84, 20 s. *Livius ap. Prisc.*; tetrachmum Macciani aetate loco mercis habitum 67, 1 *Maec.*

tetradrachmum Aegyptium sub imperatoribus Romanis signatum 122 s.; de reliquis vide τετράδραχμον.

tetragonus ager isopleurus II 125, 21.

thermus II 144, 5 *Calv.*; conf. θέρμος.

treas, depravata forma ex *triens*, II 127, 21.

tredeciaere, i. e. 13 asses monetales: nomen ac nota eius in ratione denariaria II 68, 16 ss. *Maec.*

tremissis, nummus aureus, 3ª pars aurei illius qui saeculo tertio expressus est fuitque ipse pars 64ª librae, II 15; pondere fuit 16ª pars unciae 74, 22. 26 *ass.*, habuit igitur $1^1/_2$ scripulum ibid. 27. — postea tremissis fuit 3ª pars solidi Constantiniani II 113, 15 *Is.*, habuit igitur 8 siliquas 122, 1 *Is.* 134, 1 s. — aliter tremissi tribuitur sextulae pondus II 131, 9 s. — nota II p. xxxi.

tressis, i. e. tres asses, II 49, 8 *Varr.* — nomen ac nota tressis in ratione denariaria II 67, 19 ss., item in ratione sestertiaria 70, 6 ss. *Maec.*

tressis semis quomodo notetur et vocetur in ratione sestertiaria II 70, 11 ss. *Maec.*

trian, depravata forma ex *triens*, II 130, 16.

trianguli metiendi quaedam ratio a Celso Romanis tradita II 8 s.

tricessis, i. e. triginta asses, II 49, 12 *Varr.*

triens, tertia pars assis, II 50, 5 *Varr.* 62, 3. 63, 12. 64, 7. 66, 2 *Maec.* 72, 22. 73, 18. 74, 5. 14 *ass.* — constat 4 unciis II 83, 21 *Prisc.* 87, 17 *Vict.* 91 vs. 50 *pond.* 99 vs. 5. 127, 21. 130, 16. 131, 22; habet igitur 96 scripula 75, 1 *ass.* — *triens*, nummus aeris, II 79, 16 *Fest. in exc.* — pars librae II 131, 22; conf. 81, 18. 22 *Fest.* — pars iugeri II 55, 22 *Col.* — notae II p. xxvii. — *triens*, *tres* (unciae), loco corrupto II 75, 18.

triens tertius, i. e. duae librae pondo et triens, II 81, 18. 22 *Fest.*

trimodia amphora II 124, 12.

triumviralis centuria II 57, 14 *Front.*

tropaicum: vide τροπαϊκόν.

trutina II 111, 8. 18 *Is.*

tryblium: vide τρυβλίον.

Tungri II 61, 5 *Hyg.*

Tyria drachma 112. — *Tyrium (Turium) talentum* 117. 143, 12 *Calv.*; conf. τάλαντον 15.

III. Conspectus auctorum.

I significat indicem Graecum, II Latinum.

EPIMETRUM.

Cum iam extremae huius voluminis plagulae absolverentur atque etiam praefatio tota typis expressa esset, H. Usenerus per Alfr. Fleckeisenum misit mihi apographum loci ex Isidoro excerpti qui in hoc libro legitur p. 138, 23—142, 10. Etenim in cod. S. Galli n. 879 saec. X ineunt., qui varia fragmenta Isidoriana continet, fol. 5 post Isid. XVI 24. 25 et ante V 1—38 liberum spatium relictum est, quod manus quaedam saeculi X vel XI explevit primum Isid. l. XV capite 15, deinde illo quem statim dixi loco. Et cum spatium in fol. 5 verso non sufficeret, scriptura continuata est in margines inferiores fol. 6 et 7. In his autem codicis scriptura diversa est ab ea quam secundum Lachmannum edidi:

P. 138, 23 = *fol.* 5^b *S* 24. minima est calculus qui 25. aput 26. ordei

139, 1. ceratī 2. quatuor cęratī 4. scrupulum 5. III· scrupuli 6. que x· et octo 7. scrupulus 8. efficiunt *bis*, *sed alterum perscriptum* 9. xxII· 12. Iuxta gallo xx^ma^ pars 13. et ·xII· denarii iusta 14. unciae ·v· solidos *reddunt* complent (reddunt *expunctum*) 15. et v· solidi 16. nam xII unciae 18. nuncupant 21. ex quatuor 22. ex ·L· et duabus epdomadibus et· die uel quadrante 23. equinoctialis 24. xII· oris ora 26. Ora autem v· punctus 27. iusta

140, 1. Mna ·c· dragmis 3. est. quinquaginta etenim librae 5. est *om.* 6. quod ·c· libris constat 10. Mensura in liquidis. coclear pars minima 11. scrupulum 15. concule duę cignū siue ministron 16. Concule ·vI· et du*a* (a *in ras.*) coclearia quę x dragmas appendens cyatum 18. drag*mis* (mis *correctum ex* mas) 19. sunt ·xII· oxifalum 20. aput quosdam cyati 21. dragme ·xc· aput quoddam (*sed* s *super prius* d *in* quod-

dam) 22. acytabula ·IIII· quod sunt drag*me* (me *correctum ex* mas) 23. iusta 24. aput vero *om.* 25. Nam *inc. fol.* 6ª *marg.* 27. uero ·III· utrique uero ut duae emine 28. difinierunt 29. ·Esaut sextarius VI· pars 30. apellabatur 31. Cenis autem ·V· sextariis 32. sextv̄ (v *ex* a *factum*)

141, 2. ad modum 3. sedecim sextariis 4. vero *om.* 6. depraehendimus 12. libre 16. ad dragmas 17. a cocleari *inc. fol.* 6ᵇ *marg.* 19. Est autem modius ut predictum est 20. autem *om.* 21. aput quosdam ·XXIIII· nobis uero uedetur 22. rectissimum utrium 24. midii coequatos ·LXX· et du*a*bus (a *correctum ex* o) 25. ut ·V· libras 26. id est *om.* 27. m̄seretur 28. urnam *correctum ex* unā faciunt *correctum ex* facient 29. dicitur satum 30. Batus *inc. fol.* 7 *marg.*

142, 1. metraetam, *sed* a *puncto notatum* 4. dicitur ephy 5. Urne ·III· cadum 7. Modia ·V· 8. ·III· medimne 10. modia ·LX· *sic explic. scriptura in S.*

Scribebam Dresdae die III. mensis Decembris
a. MDCCCLXV.

CORRIGATUR

p. 196 vs. 5 ab ult. *sub 10* pro *sub 8*, et deleatur ibid. initio vs. 11 ab ult. *65 s.*

M. MINUCII FELICIS

OCTAVIUS.

EMENDAVIT ET PRAEFATUS EST

AEMILIUS BAEHRENS.

LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCLXXXVI.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

EDITORIS PRAEFATIO.

I.

M. Minucius Felix, fori Romani causidicus, quo tempore dialogum, cui Octauii amici nomen inposuit, in publicum emiserit, accuratius quam uulgo statuunt erui posse puto.

Et in uniuersum quidem si libellum examinamus, sermonis color atque proprietas ostendit Felicem stetisse ab eorum parte, qui stilum Ciceronianum sibi imitandum sumpserunt, h. e., distinctius ut loquar, ad Quintiliani maxime et Plinii minoris exemplum Tullii sectatorem fuisse. ab his tamen eo differt, quod in nonnullis rebus labentis atque in nouam speciem (puta eam, quae Antoninorum aeuo tam ex studio priscorum obsoletorumque scriptorum quam ex inruente prouinciarum genere loquendi exorta est) inclinantis latinitatis indicia hic illic iam prae se fert: nemo nimirum suo saeculo ita potest reluctari, ut nihil eius consuetudini concedat. huc referas dictiones, quales sunt ex gr. *in praesentiarum,* huc praepositionis *de* pro instrumentali usum, alia similia*). et ut his rebus Mi-

*) In sermonem Minucianum artemque rhetoricam qui peculiari studio inquirere uelit, eum operae pretium facturum esse puto. ita autem huius inquisitionis pars prior tractetur, ut respectu habito tam admixtionis ex poetico et iuridico loquendi genere factae quam eius artis, qua Minucius Caecilii et Octauii proprietates dicendi aliquatenus seruare studuit, demonstretur quomodo color praecipuus Tullianus paululum sit corruptus fuco illo Africano, ut tamen huius africitatis tum Romam *intrare incipientis* modestus sit usus neque in hoc tam cor-

nucius Frontonis Apulei Gellii temporibus interdum accedit, ita maxime usu illo in deliciis habito eius figurae rhetoricae, qua tria uocabula asyndetice cumulantur. hanc quippe et Fronto saepius adhibet et Hadrianus imperator; cf. C. I. L. VIII 2532 B b *uos lapidibus grandibus grauibus inaequalibus, quos neque uehere neque attollere neque locare quis possit*; ad quem locum S. Dehner (Hadriani reliquiae I p. 21) exempla multa etiam ex Frontone adscripsit. horum igitur aetate etsi non potest non uixisse Felix noster, tamen ab eisdem sat est diuersus utpote (ut mihi quidem uidetur) non in prouincia quadam, sed Romae natus educatusque: Traiani fere tempore adulescentiam suam in urbe ut in omni bonarum artium studio, ita in optimo quoque latini sermonis auctore cognoscendo et Tulliano eloquio penitus percipiendo peregit, sed exculto sic proprio dicendi genere mox annis uirilibus nonnulla extrinsecus adlata, ut fere fit in fori oratore, sibi adhaerescere passus est. illa autem cum Quintiliano Plinioque iuniore et similibus coniunctio atque societas etiam cernitur in flosculis haud paucis orationis, quos Minucius debuit lectioni eorum poetarum latinorum, quorum inde a Frontonis tempore minor in prosae scriptores auctoritas esse coepit. nam non solum poetam philosophum Lucretium Felix accurate legerat, sed etiam in deliciis habuit cum Horatium Ouidium Lucanum Iuuenalem — nam aliorum*) imitatio nimis incerta est —, tum uero uatem *κατ' ἐξοχὴν* Romanum

---

rupto textu uindicentur scriptori quae sunt uitia librariorum. nam lubidine artis criticae frenis carente nonnulli apud Minucium ferenda esse nuper dixerunt, quae in saeculi tertii hominibus semibarbaris demum possunt tolerari.

*) eximendi etiam ex commentariis nonnulli errores huc pertinentes. ueluti uerba c. 4, 6 *cum amicitia pares semper aut accipiat aut faciat* priores interpretes ad Publilium Syrum referunt. immo in sententias a recentioribus Syro temere adscriptas (cf. Woelfflini editio p. 119) uerba illa ex ipso Minucio influxerunt.

Vergilium. cuius amor mirificus id quod ex aliis indiciis iam est patefactum plane comprobat, Minucium fuisse Romanum peruerseque praeeunte F. Balduino a doctis haud paucis pro Africano uenditatum esse. est autem illud poetici sermonis studium ad rectam quoque et interpretationem et emendationem alicuius momenti*).

Libelli in uniuersum a sermone examinatio quod effecit, id confirmatur ex aliarum rerum inquisitione. nam ex apologetis circa finem secundi p. Chr. saeculi florentibus cum unus Tertullianus cum Apologetico suo uere ueniat in censum (nam ex. gr. de Athenagora omnia incerta), eum usum esse Minucio, non Minucium Tertulliano, tam luculente nuperrime demonstrauit A. Ebertus (in dissertatione 'Tertullians Verhaeltniss zu Min. F.' inscripta, Lipsiae 1868), ut fere communem doctorum adsensum ferret. in uerbis autem dialogi nostri c. 9, 6 *passim omnes locuntur, id etiam Cirtensis nostri testatur oratio* tempus praesens, etsi non cogit omnino, tamen probabile admodum atque uerisimile reddit, agi de Frontone adhuc inter uiuos uersante; cf. c. 31, 2 *tuus Fronto***); neque facile posteriore tempore (ex. gr. anno 230) nudum illud *Cirtensis nostri* intellegi potuit. uerum quidem est, Caecilium,

*) dabo aliquot ex capite primo exempla ad interpretationem spectantia. in § 1 *quae iam transacta et decursa sunt recordatione reuocare* nuperrime exstitit qui uellet *renouare*, sed posse explicari 'recordando in memoriam reuocare', docet Vergilius Aen. VII 40 scribens *primae reuocabo* (scil. in memoriam) *exordia pugnae*. — § 3 *concineret eadem uelle et nolle* (ut et c. 26, 10) defenditur noto poetarum usu, qui pro *ut* consecutiuo interdum infinitiuum ponunt (cf. Kuehnerus gr. l. II p. 503). — § 4 *sic solus in amoribus socius* uulgo intellegunt de puellarum amoribus; potius res cupide appetitas siue delicias designari docet Vergilius ecl. 9, 56.

**) hinc colligitur, Octauium ipsum non fuisse Cirtensem atque Africanum (cf. quae supra statim subiciuntur), neque etiam Minucium, alioquin cum *uester* Fronto dicendum fuerit *Octauio*.

qui uerba adlata loquitur, Frontonem appellare *Cirtensem nostrum* utpote conterraneum, sed non debuit H. Dessau (Hermae uol. XV p. 471 sqq.) ad inscriptiones nonnullas Cirtenses, in quibus *Marcus Caecilius Quinti f. Natalis* intra annos 211 et 217 Cirtae praefectus quinquennalis atque ethnicorum superstitioni inhaerens commemoratur, ita prouocare ut hunc ipsum Caecilium putaret esse nostri dialogi participem (de Natalis nomine cf. c. 16, 1), qui in fine Caracallae imperii uel postea imbutus esset sacris christianis. nam etsi raris tamen indubitatis testimoniis constat, etiam tum temporis patrem et filium natu maximum eisdem usos esse nominibus. sic in inscriptione quadam (Bullet. Nap. 1847 p. 97; cf. Marquardtus antiq. rom. VII 1 p. 23 not. 3) M. Cosinius Priscus tres habet filios, quorum primo plane idem cum patre nomen est; neque tam perfecta est nostra de nominum per aeuum imperatorium usu ualde fluctuante et in diuersis orbis Romani partibus et ipso diuerso scientia, hinc ut certi aliquid possimus concludere. nihil ergo obstat quominus Quintum Caecilium Natalem, cuius filium Marcum ad memoriam nostram propagarunt inscriptiones, adulescentem Romae fori usum discentem (cf. c. 3, 1 *domi forisque lateri tuo inhaerentem*) cum Octauio Ostiae disputauisse statuamus; nam filium non stetisse a cultu sacrisque patris, si quidem hic factus est christianus, nec ipsum caret exemplis. quid quod Quintum patrem non spernendum codicis unici uestigium quasi digito intento monstrat? ubi enim Caecilius primum nominatur, in c. 1, 5 uerbis *in illo praecipue sermone . . . quo Caecilium* eqs, miramur uiuum etiam tunc Caecilium tam simpliciter introduci, codex autem Parisinus *quod caecilium* exhibens genuinam lectionem *quo Q. Caecilium* ultro suppeditat.

Iacto sic firmo fundamento superstruere possumus accuratiorem de tempore, quo Octauius dialogus scriptus sit, inuestigationem. legimus c. 7, 4 in Parisino

haec *et ut Parthos signa repetamus, dirarum inprecationes Crassus et meruit et inrisit.* in quibus uerbum quidem repetendi poetice constructum excusat poetici exempli [Verg. Aen. VII 606] imitatio, sed illud *repetamus* adeo perhorruit Halmius ut in textum reciperet *repeteremus* mutatione hercle non leni. nam etsi omnium uel foedissimarum corruptelarum quasi quendam thesaurum iure possis uocare huius libelli textum, tamen permutatorum hoc modo temporum non deprehendi exemplum. quid uero, si uerbis *ut Parthos signa repetamus* non solum ad aeuum praeteritum respexit Caecilius, sed neglectam a Crasso religionem etiam in praesentiam ualere significauit? nam quod non in omne tempus contusi sint Parthi, sed postea semper lacessierint Romanos eisque hoc ipso spatio cladem omnium grauissimam acerbissimamque intulerint, potest sane Caecilius deriuare ex Crassi male sana inpietate. quodsi ille Seruiliani legati legionisque Romanae apud Elegiam internecionem et bellum, quo Verus ultor annis 162 et 163 Parthos profligauit, designat, ex huius Parthicae expeditionis mentione equidem conligo intra hos ipsos annos 162 et 163 dialogum nostrum siue Ostiae habitum*) siue a Minucio in publicum emissum esse. nam potuit sane Felix, disputationis olim institutae summam memoria tenens cum cartis mandaturus in singulis latius persequeretur, rem eo ipso quo scripsit tempore factam sermoni olim habito inserere.

Est igitur Minucius Felix ut inter omnes apolo-

*) [fictam esse hanc disputationem Ostiensem, non possum concedere Richardo Kuehn, cuius dissertatio 'der Octavius des Min. Felix' Lipsiae 1882 edita mihi iam haec typothetis tradituro in manus uenit. procedit autem Kuehnius eo usque ut ipsam Octauii personam totam ementitam esse innuat, plane hoc ex nostra sententia inprobabiliter, siquidem tam prohoemii quam reliqui dialogi adeo sunt uiuidi colores, ut hunc Octauium Ianuarium non minus quam Q. Caecilium Natalem, cui uel lapides faciunt fidem, ad uerum esse depictum pro explorato habeam.]

getas superstites (nam ex graecis solus Iustinus aetate eum paululum superat) unus ex antiquissimis*), ita inter Romanos princeps. qui cur ab insequentis aetatis scriptoribus christianis tam saepe in usum uocatus excriptusque sit, a Tertulliano Cypriano Lactantio Hieronymo aliis, ex internis huius dialogi uirtutibus sine negotio explicatur. nemo enim neque antea neque postea adeo cum omni liberali eruditione institutus tum accurata philosophorum notitia instructus ex optimis Romanorum scriptoribus omnia, quae ad ipsos inpugnandos usui essent atque adcommodata, collegerat atque disposuerat. notum est, eum ex uariis philosophis et Graecis (maxime Platone) et Romanis praecipueque ex Ciceronis de natura deorum libris — cf. dissertatio E. Behrii 'der Octavius des M. Min. Felix in seinem Verhaeltnisse zu Ciceros Buechern de n. d.' Gerae a. 1870 emissa — et Senecae uariis operibus (Dombartus edit. p. 135 sq.) laborioso studio et apis fere instar Matinae, sed libero minime carentem iudicio, congessisse praecipua sapientium placita, quibus gentilis superstitionis et defensorem Caecilium et inpugnatorem Octauium utentes faceret. et quantum suspicienda est summa doctrina, tantum admiranda est ars illa, qua materiam undique collectam digessit ordinauitque idem. nam compositione plane egregia et Caecilii in christianam religionem inuectiua et Octauii defensio

---

*) quaestio per se uix dissoluenda, num Athenagoras Minucio sit usus an contra hic illo, iam certo modo dissoluta est. et comparanti mihi hunc cum illo similitudines neque multae neque admodum graues inter utrumque intercedentes, si ex certa recordatione sunt repetendae, ita explicandae sunt uisae ut scriptorem graecum ad romanum aetate praecedentem hic illic respexisse, praesertim ut suppleret ab hoc omissa, aiamus. usum autem esse Minucium aut Theophilo (Dombartus p. 134) aut Celsi contra Christianos libro (Th. Keimius libri 'Celsus wahres Wort' p. 157), merae sunt coniecturae per se nulla probabilitatis specie commendatae. — [cf. nunc de Athenagora et *Kuehnius* l. l. p. 12 not.]

in omnibus et maioribus et minoribus partibus artissime inter se respondent, ut tamen in utraque oratione disputationis tenor seruatus sit neque interrumpatur iustus sententiarum progressus; cf. 'analysis logica' in Lindneri editione. huc adde perfectam disserendi artem et acumen summum, adice figurarum rhetoricarum uarium pulcrumque usum, denique intende in sermonis ex Ciceronis et poetarum imitatione bene mixti ac compositi delicias miras: intelleges cur hic dialogus tam ualde placuerit patribus ecclesiasticis, quibus alioquin laudandi eum causa non esset.

Nam si cura intentiore Octauium perlegimus, illud nobis permirum accidit quod in hac christianismi defensione frustra quaerimus christianismum. numquam Minucius aut Christi nomen adhibet aut ex libris sacris*) locos adfert. porro de eis quae propria sunt cultus christiani ne uerbum quidem extat: de λόγῳ et spiritu sancto et trinitate doctrina, diuina fidei inspiratio, baptismus quaeque alia apud ceteros apologetas disseruntur, alto silentio premuntur apud Felicem, cui ueritatis lux est monotheismus et erroris nox polytheismus, cui hunc unum deum credere et colere est mentis intellegentis opus, cui inspiratio non alia quam quae apud ethnicos quoque occurrit est nota, cui omnis disciplina christiana in uita iusta et pia et casta consistit. quodsi abesset Christianorum mentio, tractatum mere philosophicum te legere putares. uariis autem modis hanc rem miram explicare studuerunt; nam hoc sane in propatulo est, non posse

*) omnes enim loci qui recordationem eorum referre uidentur, ex similibus ethnicorum scriptorum inlustrari possunt, nisi quod sola c. 36, 5 uerba *aues sine patrimonio uiuunt et in diem pascuntur* undenam Minucius sumpserit mihi quidem ignotum est. sed si omnia Senecae scripta possideremus, ad hunc procul dubio possent referri: adeo illud *sine patrimonio* romanum sapit auctorem. fortasse ex graeco quodam scriptore Stoico sententia illa et in Senecam et in Matthaeum Lucamque fluxerit.

illam de Christo et christologia expositionem aut intercidisse (ubi ei locus fuerit in tam aperta materiae dispositione indicari nequit) aut pertinuisse ad ea, de quibus crastino die secundum c. 39 Caecilius est instituendus (par est enim id fundamento antea iacto fieri). igitur alii dicunt (cf. Dombartus uersionis germanicae p. VIII sqq.), Minucium certo consilio de Christi persona ceterisque rebus interioribus tacuisse, harum quaestionum tractatio cum apud gentiles ignaros noceret magis quam prodesset. ita qui sentiunt obliuiscuntur, quantum intercedat discrimen inter quaestiones ut ita dicam theologicas ab ethnicis sane alienas et simplicem eorum quae uera habentur confessionem. uelim enim scire, quis umquam apologeta ita tacuerit ut Christum saluatorem uerbis apertis praedicare caerimoniasque cum religione Christiana cohaerentes summatim commemorare uereretur. nam quod Lactantius [V 4] Minucii librum fortasse respiciens dicit de Cypriani Demetriano *huic oportebat, quia nondum poterat capere diuina, prius humana testimonia offerri, id est philosophorum et historicorum, ut suis potissimum refutaretur auctoribus*, id uero omnes apologetae priores ita secuti sunt ut nimirum a reconditioris cuiusque materiae disputatione abstinerent; sed frustra inter hos quaeres qui ea quae libere prae se ferre et ingenue profiteri deberet silendo dissimulauerit. alii autem (cf. Th. Keimius libri 'Rom und das Christenthum' p. 472) Minucium, cum Octauium scriberet, sacris christianis recens fuisse inbutum sumpserunt, ut scilicet illum ignorantia eorum quae christianismi propria sunt laborantem pro suo captu nouam doctrinam defendisse statuerent. his opponendum est, paucis saltem annis antequam Octauius Romam ueniret (c. 2) Minucium iam ex errorum tenebris in lucem sapientiae et ueritatis emersisse, porro paucis saltem annis *post* disputationem Ostiensem, Octauio nempe mortuo, *hunc dialogum* esse scriptum. et cum maiore quod

ita efficitur temporis spatio egregie conuenit profundis illis studiis, quae Felix noster conlocauit in cognoscenda Iudaeorum historia quorumque testimonium sat luculentum c. 33, 2—5 extat. nullo autem pacto adducor ut credam, eundem uirum rerum Iudaicarum ex fontibus discendarum tam curiosum tam indiligentem fuisse in suae sectae historia placitisque percipiendis. unde aliam explicationem quaerendam esse apparet.

Fons rectam sententiam reperiendi mihi uidetur unicus ille locus, ubi paucissimis uerbis de Christo agitur. legimus c. 29, 2 *nam quod religioni nostrae hominem noxium et crucem eius adscribitis, longe de uicinia ueritatis erratis, qui putatis deum credi aut meruisse noxium aut potuisse terrenum. ne ille miserabilis, cuius in homine mortali spes omnis innititur; totum enim eius auxilium cum extincto homine finitur.* hic quoque illam reuerentiam attingendi ea quae supra ethnicorum captum posita essent uidere sibi uidebantur: etsi non aperte significasse, tamen intellexisse Minucium Christum neque noxium, utpote peccatis, neque hominem terrenum, utpote terreno pondere siue corpore carentem, innuisse ergo eum diuinum. quae interpretatio nisi tormentis quibusdam ex uerbis illis non eruenda plane refutatur tota Minucii argumentatione. qui enim de uno deo ita ut factum est disputauerat, loco adlato nihil aliud potuit significare quam Christum non fuisse originis diuinae: nemo lectorum post ea quae praecedunt alio modo uerba intellegere, nemo facile scriptorem aliter sentire quam loqui suspicari potuit potestue. et hic iterum moneo, non cadere talem quidem dissimulationem in apologetas christianos, quorum nemo non oblatam respondendi de hac re Caecilio occasionem ita arrepturus fuisset ut Christum dei filium lubenter et manifesta prosequeretur laude atque ueneratione. quam Minucii reticentiam bono fidoque Christiano indignissimam aeque perhorrescimus quam excusamus, quod idem crimina de asini

capite adorato, de cultis sacerdotis genitalibus, de infantis sanguine hausto non diluit retecta harum fabularum origine; hoc enim sine rituum christianorum notitia, quae ethnicis deerat, fieri non licuit. quae cum ita se habeant, praestat ingenue fateri, Minucium non agnouisse Christi originem diuinam. quo posito ut totus hic dialogus melius intellegitur, ita singula quaedam adhuc obscura suam accipiunt lucem. ueluti si c. 20, 4 post inrisas ethnicorum de Centauris Scyllaque et Chimaera fabulas extant *quae si essent facta, fierent; quia fieri non possunt, ideo nec facta sunt*, haec uerba in aperto est quam facile potuerint a gentilibus regeri in christianos. nec tamen ea elapsa putes Minucio inprudenti: aliud est disputandi feruore abreptum incauta loqui, aliud scribentem meditari ea quae a reprehensione iusta sint tuta. tuto autem posuit uerba illa. is qui in libro suo redarguendi materiam non praebuit quique, cum Christum hominem putaret, miracula Christo a uulgo attributa ipse aut non adprobauit aut non cognita habuit utpote postea siue inuenta siue in occidente peruulgata.

Sic igitur statuo, Minucium non propterea quod philosophiae ethnicae innutritus in religionis christianae arcana penetrare nequierit a ceteris tum apologetis dissentire, sed potius ea usum mentis acie eaque iudicii sobrietate, qua optimum quemque iurisperitorum Romanorum excelluisse uidemus, aliquatenus praecessisse Straussios nostros Renanosque: reliquit Felix sectae conditoris tamquam dei adorationem hominibus inperitis rudibusque et inprouide credulis (c. 20, 5—6); eoque maiore iure hanc uulgi idololatriam a se procul arcuit, quo accuratiorem instituerat indagationem de persona Christi, quem fortasse coluit ut uirum omni amore dignum (cf. c. 29, 5 *cum et praeclaro uiro honor uerius et optimo amor dulcius praebeatur*). sic Minucius eatenus est Christianus ut spretis uanis figmentis ritibusque inde profectis adsumpserit uera atque sana

disciplinae illius placita. quae cum uideret in ultima origine ex philosophia graeca tamquam ex fonte praecipuo ita profluxisse ut, quae sapientium ueterum scholae (Platonica maxime et Stoica) disserendi arte sibimet inuenerant, ea iam nouo modo conflata saluberrimo instituto ad communem uitae usum*) translata essent atque adcommodata, non ille dubitauit in hoc dialogo summam inter philosophos et christianos tam in uno deo statuendo quam in parte morali congruentiam atque concordiam in usum uocare ad christianam religionem gentilibus commendandam, simul tamen (equidem ut sentio) christianismi interpretationem meliorem purioremque etiam fidei suae consortibus proponens. apud quos cur parum aut nihil (quantum quidem suspicari licet) ualuerit, facile ex historia cultus christiani perspicitur. apud posteros autem uni eruditioni bonae frugis ad inpugnandos ethnicos plenissimae acceptum rettulisse uidetur, quod non pro haeretico est damnatus. certe Tertullianus, quid illi debeat conscius, tantummodo tecte eum notat, ut ego puto, his uerbis [de praescr. haer. c. 7]: *quid ergo Athenis et Hierosolymis, quid academiae et ecclesiae, quid haereticis et christianis? nostra institutio de porticu Salomonis est, qui et ipse tradiderat, dominum in simplicitate cordis esse quaerendum. uiderint qui stoicum et platonicum et dialecticum christianismum protulerunt: nobis curiositate opus non est post Iesum Christum nec inquisitione post euangelium: cum credimus, nihil desideramus ultra credere* eqs. Cyprianus autem, ut obliuioni daret haeretici librum, in opusculo 'quod idola dii non sunt' inscripto hunc dialogum tacite in breue compendium ita redegit ut longam et orthodoxam de Christo expositionem inde a capite sexto de suo adtexeret. honestius multo egit Lactantius, qui

*) hinc paucae in philosophos ueteres inuectiuae (ex. gr. *c. 38, 5*) explicandae.

quantum uel sic profuerit Felix bene memor ita de eo iudicauit [V 1] *huius liber ... declarat, quam idoneus ueritatis adsertor esse potuisset, si se totum ad id studium contulisset.* quam laudem siue excusationem a Minucio quippe studii illius bene compote defendendam putauerim.

II.

Octauius dialogus, casu seruatus, ad medium aeuum peruenit in uolumine quodam admodum corrupto, quippe quod non solum a librario perquam neglegenter exaratum (testes ex. gr. uerborum traiectiones multo quam uulgo credunt crebriores), sed etiam possessoris sui uarias inmutationes et additamenta esset passum. neque cessauit ista deprauatio ipsis medii aeui temporibus, quibus hoc opusculum Arnobio tamquam liber octauus adhaesit; a qua societate illud liberauit ueroque auctori reddidit Franciscus Balduinus. codex autem Parisinus 1661 saec. IX (P), de quo uidendus est diligentissima enarratio Reifferscheidii (praef. Arnobii p. VIII sqq.) unicus textus constituendi fons est; nam et liber quidam Bruxellensis et Arnobii editio princeps Romana a. 1543*) inde fluxerunt. cuius codicis a prima manu numquam in locis corruptis est recedendum: quo usque manus secunda correctrix processerit interpolando, non extat inlustrius exemplum quam c. 28, 7. accuratissimam autem illius conlationem cum instituisset A. Laubmannus, C. Halmius illa usus primum ita recensuit Minucium (Vindobonae 1867), ut certum quo emendatio inniti posset fundamentum exhiberetur; idemque et priorum editorum criticorumque commenta plurima collegit et ipse nonnulla uitia bene correxit. iam inmanis mendorum

*) notaui *ed. pr.*, ut tamen non omnes lectiones falsas nulliusque pretii inde enotarem. ubi lectionibus Parisini nihil est adiectum, a Romana scripturas in textum receptas exhiberi scias.

quae relicta erant moles ultro prouocauit uirorum doctorum curas, H. Sauppii (Goett. Gel. Anz. 1867 p. 1992 sqq.), H. Useneri et B. Dombarti et I. Maehly (Fleckeis. ann. 1869 p. 393 sqq.), E. Klussmanni (mus. Rhen. a. 1868 p. 543 et Philol XXXV p. 206 sqq.), H. A. Kochii (mus. Rhen. a. 1873 p. 615 sqq.), aliorum. porro bis post Halmium editus est Minucius: a B. Dombarto una cum uersione germanica (Erlangae 1881), et ab I. I. Cornelisseno (Lugduni Bat. 1882).

Ego ipse, qui iam in lectionibus meis latinis (Bonnae a. 1870 p. 22 sqq.) specimen studiorum in Minucio positorum edidi, postero tempore, ubi animum a grauioribus operibus defatigatum aliquantisper reficere atque recreare lubuit, saepius ad Minucium recurri, unde paulatim larga subnata est emendationum seges. quarum potissimas more in hoc scriptore iam sollemni eis quae secuntur pagellis defendam accuratius, ceterarum in apparatu breuiter redditurus rationem. ubique autem mihi textum constituenti ante oculos est uersatum aureum I. Fr. Gronouii, summi sermonis latini existimatoris, dictum [obss. in eccles. p. 589 Frotsch.]: *omnia certe eius, in quibus quomodo legendum sit, non ambigitur, has habent uirtutes. argumentum ingens, illa quoque, quae labem contraxerunt, ita esse curanda, ut non in Minucio Minucium quaeras, Tertullianum aut quemuis durissimum Afrorum inuenias.* hoc unum addo, me in notis textui subiectis tantummodo electas uirorum doctorum coniecturas adnotauisse; omnes qui uolet noscere, ex editione Halmiana aut ex dissertationibus indicatis petat.

c. 1, 4 *non respuit comitem.* ad haec cum mente suppleamus 'me' (falsissime autem uertit Dombartus 'versagte er mir nicht das Geleite' uerba germanica, ut saepe, exhibens a latinis plane diuersa, etsi sensui congruentia), peruersa existit sententia, siquidem is qui *prior* consilium aliquod cepit, eius comitem aliquem *non respuit.* prior autem teste illo 'emergerem'

consilium cepit Minucius, non Octauius; hic potius sodali ueram religionem amplexuro accedens, cum propter causas incognitas morae existerent Felici, praecessit. unde legendum puto 'renuit' siue 'rennuit', scil. 'se' (cf. Horatii od. I 35, 22 *nec comitem abnegat*).

c. 2, 3 *id temporis post aestiuam diem in temperiem sese autumnitas dirigebat.* sensu carere 'aestiuam diem' iure suo contendit Kochius (l. l. p. 615), non bene reponens 'aestiuum ardorem'. quamquam enim sic restitutum est, quod illi 'temperiem' sit contrarium, remanet tamen aestatis mentio plane absona. tempore enim uindemiarum (hoc est medio fere mense Octobri) autumnus mitior fieri coepit non post aestatis, sed post sui ipsius calores. quippe aestiui solis flagrantia perdurat ineunte autumno, unde huius aestus a Vergilio Georg. III 479 aliisque commemorantur. unde 'aestuũ rabiem' reposui.

c. 2, 4 *cum diluculo ad mare inambulando litore pergeremus.* ex hospitis domicilio uel ex deuorsorio (in Ostiae parte extrema siue Romae proxima posito) amici ad mare proficiscuntur secuti Tiberim, cuius in ripa sinistra per tria fere milia passuum extendebatur Ostiae pars. iuxta Tiberim autem nullo modo illi inambulant (quod postea in maris litore faciunt: c. 3, 4), sed ad aequor properantes ambulant. desideramus autem disertam Tiberis mentionem, ut illud 'litore' quo pertineat iam non sit obscurum. nam Cellarii coniectura nonnullis probata 'litori' reiectanea est, cum necesse sit praeterea '(in)ambulatum' uel '(in)-ambulaturi'. quod dedi 'in amnis ambulando litore' et a uitii origine et a sententia (dum in Tiberis ripa procedimus) apertum est. — mox tenui quod olim (lectt. lat. p. 23) proposui 'uegetaret cum eximia uoluptate et': pueris fortasse harena uestigiis cedens eximiam adfert uoluptatem, nullo pacto uiris seriis, qui recreationis indigentes cum mare peterent iam summa cum uoluptate uentum matutinum ab aequore

flantem per membra sentiunt. tum restat mendum in illis *molli uestigio cedens harena.* pedem enim mollem siue comparato uersu Catulliano (68^{b}, 30) leniter uitatoque omni strepitu incedentem siue tenerum liberorum feminarumue aut delicatorum interpretamur, in nostris uiatoribus non locum habere in propatulo est. quapropter amplexi sunt nonnulli Ursinianum 'mollis', cum tamen latinitas postulet 'mollis et uestigio cedens harena' siue 'uestigio cedens mollis harena'. e re sumpta est mutatio haece: 'molle uestigio c. h.' siue, si aduerbium poetis usitatum refugias, 'molliter'.

c. 3, 3 *et ut semper mare etiam positis flatibus inquietum est, etsi non canis spumosisque fluctibus exibat ad terram, tamen crispis tortosisque ibidem erroribus delectati perquam sumus.* cum lenis unda iam sit commemorata, non intellegimus, cur hic iterum dicatur, mare non canum spumosumque siue commotum tum exisse ad terram. uelim etiam animaduertas non solum ad temporum mutationem ('tundebat' — 'inquietum est' — 'exibat' — 'delectati sumus'), qua id quod est secundum colon ut generalis effertur sententia, sed etiam ad subineptum 'etsi — tamen', quo, etsi maius illud spectaculum non adesset, tamen ex minore illo gaudium se cepisse innuit Minucius. ergone hic et amici plus delectati fuissent, si aequor procellosum tempestuosumque in litus irruisset? cohaerent inter se 'ut semper — inquietum, etsi non c. s. f. exit ad terras'. sed in his ubi semel ex dittographia uoculae 'ad' ortum est 'exibat', sublata sententia generali cum 'etsi' iam non ad praecedentia sed ad sequentia spectare uideretur, necessario 'tamen' interpolando est adiectum. quo remoto congruunt omnia: uerbis 'ut semper . . . ad terram' explicatur, cur fluctus crispi tortosique fuerint, rectoque narrationis progressu haec per 'et' adiunguntur prioribus. sed ecce erroribus tortosis implicata sunt et ea quae porro leguntur *cum in ipso aequoris limine pedes tingueremus.* nam ambu-

lantium in margine maris pedes in hac ipsa margine tinctos esse quid dici attinuit? apte commemoratur, tranquille progredientes ipsis illis aequoris huc illuc placide ruentis anfractibus saepe circumuentos esse. unde lego 'in ipso aequoris flumine' siue potius 'limite' (hoc est uia, itinere). denique in illis *quod . . . adpulsum nostris pedibus adluderet fluctus* a certis exemplis Catulli 64, 67 et Statii Theb. IX 336 ita est proficiscendum, ut 'mare pedibus (siue 'pedes' siue 'ad pedes') adludit', non transitiue 'adludit fluctum' latine dici aiamus. nimirum 'adpulsum' pro 'adpulsus' scripsit librarius 'quod' pro pronomine relatiuo, non pro coniunctione accipiens. fluctus autem aut 'resorbetur' aut 'se resorbet', unde 'in sese' diuidendum esse apparet, ut euadat 'retrahens in se' et 'se resorberet'.

c. 3, 6 *ut illud iaculum uel dorsum maris raderet uel enataret, dum leni impetu labitur, uel summis fluctibus tonsis emicaret emergeret, dum assiduo saltu subleuatur.* tondendi uerbum radendi significatione uti, ex nostro loco solo sumunt inprobabiliter, siquidem testa radit dorsum maris plani, sed cum fluctibus concurrens ita conliditur ut exiliat. uerum igitur est 'tunsis'. illa autem quaestio, sitne tam 'uel enataret' auctore Bursiano quam 'emergeret' cum Wowero obelo notandum, non ita difficilis est ad soluendum. nam etsi uerum est, asyndeto bimembri non uti Minucium, sententia tamen hic uitium potius quam glossemata subesse clarissime aperit. emicat enim testa cum fluctibus conflictata tantummodo semel, ut recte quidem non potuerit pergi nisi ita 'et porro adsiduo saltu subleuaretur'. cum igitur desideretur medium quoddam uinculum, in uoce 'emergeret' litteram M ex TP conflatam esse censeo. unde propter id quod Minucius sequitur aequabilitatis studium neque prius 'uel enataret' abici debet, quod Dombartum secutus, qui 'et *uelut* nataret' uoluerat, sanare studui.

c. 4, 3 *qua in te inuectus* obiurgauit neglegentiae.

contendunt docti, 'obiurgare' hic ad similitudinem uerbi 'arguere' similiumque cum genetiuo coniungi. nec per se credo nec propterea, quod Minucium maiore scribendi peritia usum esse puto quam ut praemisso 'in te' postea 'te' supplendum relinqueret lectoribus, cum posset concinne poni 'qua te inuectus obiurgauit'. ortum igitur mihi uidetur 'neglegentiae' ex eo quod sequitur 'argueret inscientiae': adsimilatione depulsus est accusatiuus. recte iam 'in te' tam ad 'inuectus' quam ad 'obiurgauit neglegentiam' spectat: 'aliquid in aliquo obiurgare' latinum est.

c. 4, 4 *de toto integro mihi cum Octauio res est.* recte adnotant, illud 'de toto' (quae certe non fuit locutio aduerbialis) comparato loco c. 40, 2 ualere 'super tota re', scil. de christianorum paganorumque religione. sed ad hoc 'de toto' quomodo siue per 'et' (quod intulit Parisini m. 2 interpolatrix) siue asyndetice accedere possit 'integro', mente non adsequor. nam neque 'integrum' substantiue ponitur et dictionis 'de integro' nullus hic usus est. sin merum est adiectiuum, hoc ad alterum adiectiuum substantiue positum non nude potest adiungi. legimus ergo 'de toto ut integro', hoc est: de tota re utpote nondum diiudicata quaeque adhuc in certamine sit.

ibid. *intelleget facilius esse in contubernalibus disputare quam conserere sapientiam.* saepe miratus sum eorum temeritatem, qui attemptant egregiam locutionem 'conserere sapientiam'. nam quemadmodum Liuius (XXI 1, 2) secundum notarum dictionum similitudinem scripsit *haud ignotas belli artes inter se conserebant* (id est, utrimque in pugnam proferebant), sic nostro loco 'conserere sapientiam' fere ualet 'philosophiam, quae litem diiudicet, utrimque producere in aciem'. quod ut apertum est, ita sane ipsa oppositio obscura, siquidem 'conserere sapientiam' nihil aliud a sententia est quam 'disputare'. quodsi uerae disputationi philosophicae hic leue et abiectum disputandi

genus opponi putas, uerba 'in contubernalibus disputare' carere eo ipso uocabulo, quo hoc leue et abiectum genus accurate designetur, mihi concedas oportet, cum praesertim primum colon 'si placet ut disputem' eandem disputationem philosophicam innuat. statuimus igitur, alterum 'disputare' ex priore 'disputem' natum esse; pro quo recordatus eorum quae in capitis tertii initio leguntur 'desiderare' rescripsi; est autem 'sapientiam', sponte ut apparet, commune obiectum utriusque uerbi.

c. 5, 4 *expertes artium etiam sordidarum.* alii aliter cum his uellent lucem adferre, mihi ab ipsa sententia Caecilio indigna ad uerum inueniendum proficiscendum uidetur. nam ut erat communis tum opinio, christianos neque philosophicis studiis neque omnino institutione litteraria esse inbutos, ita eosdem tantum artes sordidas profiteri nemo nisi aperte mentitus contendere potuit, omnium minime praesentibus Octauio et Minucio Caecilius. 'ex parte' erui ex 'expertes'.

c. 5, 8 *elementorum ut uoluntaria concretio est.* paruula uox 'ut' dici nequit quanta excitarit molimina doctorum aut delentium aut in 'uelut' siue in 'utique' mutantium. quid quod qui 'inuoluntaria' et 'fortuita' et 'fortuita aut uoluntaria' excogitarent extiterunt? ego uero post ea quae § 7 exposita sunt abundare uoluntariae concretionis mentionem puto idemque desidero id quod proprium est Caecilii. qui philosophorum de rebus humanis iudicia uerisimilia magis quam uera existumans studiose ita loquitur ut quid de physicorum placitis statuat simul indicet; cf. § 7 *sint principio — sint fortuitis concursionibus*: concedentis et his opinionibus in rem suam utentis sunt uerba. unde eum uerba in lemmate adscripta pro re certa atque explorata posuisse, inprobabile duco; immo sibi constans sic, ni fallor, dixit 'elementorum, ut uolunt, *uaria* concretio est'. nimirum 'ut uolunt' physici (cf. *c. 34, 6*), 'uaria' ob animalium uarietatem.

ibid. *nullo artifice nec iudice nec auctore.* libere confessi sunt complures docti, se non habere quo explicarent 'iudice'. neque ego habeo. nam Lindnerus, qui conlato Ouidii loco (met. I 19) iudicem putat esse deum qui litem elementorum dirimat, neglexit hic non agi de ordine, in quem indigesta sunt redigenda, sed de dissoluendis quae ordinata sunt, qua in re iudice non sit opus. quamquam nec hoc perspicio, quidnam in uerbi traditis sibi uelit artifex. hic enim in faciendo, non in dissoluendo cernitur. scripsi 'nullo artifice renuente (siue 'reluctante') nec auctore'. non sine acerbitate monet Caecilius, naturae necessitate omnia perire neque adesse deum illum auctorem atque machinatorem (§ 7), qui sic in opus suum saeuiri uetet.

c. 5, 9 *isdem labentibus ... grandines increpare uel nimbis conlidentibus tonitrua mugire.* sensu carere 'nimbis' concedendum est Kochio [l. l. p. 615], qui 'uel' siue causa suspectauit. quamquam maior etiam difficultas inest illi 'conlidentibus', quod male pro 'conlisis' accipiunt (neque enim hic quidem probamus quae Usenerus disputauit in Fleckeis. annal. a. 1878 p. 56). protulit autem Kochius quod ab omni artis probabilitate longe recedit. lege 'uel nimbos conlidentibus', hoc est secundum dicendi genus poetis usitatum: uel nubibus conlidendo nimbos efficientibus. — recepi autem necessariam Heumanni correcturam 'promicare', cum inter fulgura rutilantia et fulmina prosilientia distinguendum sit. quod deinde subicitur 'adeo', ad fulmina spectare aliquo modo indicandum est. et est is usus Minucianus ut 'adeo', ubi non per asyndeton explicatiuum adiungitur, sed id quod proxime praecedit cum ui quadam continuat, uoculam aliquam habeat comitem, ut c. 6, 2 et c. 7, 6 *inde adeo* (= ex hac ipsa re). inter 'promicare' et 'adeo' intercidisse apparet 'ea'.

c. 5, 13 *adeo aut incerta nobis ueritas occultatur. licet ueritas* propterea quod nobis occultatur proleptice

possit uocari 'incerta', ipsa tamen oppositio hoc refutat. secundum quam ita loqui debet Caecilius: aut adest quidem certa ueritas, quam nobis tamen perspicere non licet, aut omnia in rebus humanis sunt incerta dubia suspensa. non intellexit necessarium hoc acumen lector antiquus, qui hic quoque uocabuli 'nobis' conlocatione deceptus 'incerta' pro eo quod est Minucii 'certa' reposuit. idem autem cum mox c. 6, 1 legeret 'aut fortuna incerta aut incerta natura' (sic enim secundum constantem Minucii usum restituimus) neque intellegeret mentem scriptoris, librarium fortasse opinans se corrigere rescripsit id quod modo expulerat 'certa'. pro qua lectione 'fortuna certa' cum Dombartus coniceret 'fortuna caeca', oblitus est male sic dici fortunam legibus solutam.

c. 6, 1 *deos, quos a parentibus ante inbutus es timere quam nosse familiarius, adorare.* quid hoc est noui: parentes siue maiores te docuerunt primum timere, deinde nosse familiarius deos? cuius dictionis 'nosse familiarius' in malam partem significationem facile disces ex c. 5, 5; et ad illud 'ante quam' cf. c. 27, 8. nihil autem parentes docuerunt quam deorum metum; minores iam adulti alioque tempore prognati sua sponte nosse deos quos timent cupiunt. quod fieri ita uetat, puto, Caecilius: 'melius . . . deos . . . adorare quam nosse familiarius', hoc est, persistere in deorum metu a parentibus ingesto quam in eos inquirere. quod quam uere a me disputatum et correctum sit, ostendit Octauii ad haec responsio c. 24, 2.

ibid. *Gallos Mercurium, uniuersam Romanos.* apertum quod Minucii uerba contraxerunt damnum resarcire student inserendo 'numina' ante 'uniuersa' similibusque remediis, cum tamen ipsum 'uniuersam' suspectum fiat consideratis ceteris huius capitis uerbis. male enim ad sententiam iam praecedentem, Romanos colere uniuersorum populorum deos, spectat id quod subicitur 'sic', melius cum 'sic' et 'dum' inter se

cohaereant. porro nego hic iam afferri debere id quod recte in § 3 tamquam ex § 2 effectum concluditur: 'sic dum uniuersarum gentium sacra suscipiunt, etiam regna meruerunt', ubi 'sic dum' ad priora illa 'sic .. dum' cum comprehensione spectat. ex litterulis traditis elicui 'intuere iam Romanos'. sic enim ad noua solet transire Caecilius: c. 7, 2 *specta de memoria libros* et ibid. § 7 *intende templis ac delubris deorum.*

c. 7, 1 *nec tamen temere (ausim enim interim et ipse concedere et sic melius errare) maiores nostri* eqs. his uerbis a nemine adhuc aut sine artificio explicatis aut recte emendatis lucem mihi uideor affundere transpositis inter se 'concedere' et 'errare' uocabulis. 'errorem' nempe Caecilius uocat (cf. c. 5, 6) quod cur maiores tam religiosi extiterint inquirit; sed hanc inuestigationem propterea a se institui affirmat, quo melius recte illos egisse concedere possit.

c. 8, 4 *collectis . . . mulieribus credulis sexus sui facilitate labentibus plebem . . . instituunt.* pertinet 'sexus sui facilitate' pariter ad 'credulis' et 'labentibus': ipso suo sexu mulieres facile credunt et ita labuntur. sed quo iure duo illa uocabula asyndetice copulantur? porro qui de ultima faece siue plebe collecti sunt plebem sane conformant, sed et ridicule hoc commemoratur et dictio 'plebem instituere' (unde Usenerus 'constituunt') praua est. ne multa: 'labentibus plebem' natum est ex 'labentibusq. legem'; nam quae fuerit lex illa, sequens enarrat colon.

c. 8, 5 *ita illis pauorem fallax spes solacia rediuiua blanditur.* sedem uitii agnosco in uerbis 'solacia rediuiua', quippe quae neque a grammatica ratione stent neque per se deflecti possint in hanc sententiam 'solacium quod post mortem sint rediuiui futuri'. quod reposui 'solata uita rediuiua' facile intellegitur sic esse accipiendum: 'ita fallax spes postquam metum mitigauit illis blanditur per nouam uitam, quam uicturi sint'. *sed qui* scis 'solari rem' esse 'leuare, mitigare'

et concedis spectare 'illis' tam ad 'solata' quam ad 'blanditur' (nec 'alicui aliqua re blandiri' abhorret a latinitate), idem num recte 'uita rediuiua' dicatur dubitabis expectabisque potius 'recidiua'. de his igitur uocabulis paulo copiosius agam oportet, cum praesertim diligens L. Langii de illis disputatio (Curtius et Brugman, Stud. X p. 227 sqq.) non omni a parte sufficiat. et 'recidiuus' quidem uocabulum quid ualeat, optime primus (nisi fallor) A. G. Zumptius a Langio neglectus (Rutilii Namatiani p. 120 sq.) exposuit: petitam esse imaginem a frumento, quod cum demetiatur, fieri ut nonnulla semina rursus in terram cadant ac renascentia plantam instaurent; unde translatam uocabuli significationem (ueluti 'Pergama recidiua', 'febris recidiua', 'mala recidiua' similiaque) facile explicari. quodsi apud Tertullianum (ad Marc. 4, 25) legimus: *sed quia et mortui iam suscitabantur a Christo, exsuscitatus ad spem aeternae uitae per exempla recidiuae* eqs, ipsa inter aeternam et recidiuam uitam oppositione patefieri puto quid sit recidiua illa uita. nempe qui corpore iamiam frigido in feretro iacent pro cadaueribus, in ipso tamen corpore quasi quaedam semina renascentis uitae relinquunt, ut recte a Christo per miraculum suscitati dicantur reuocari ad uitam recidiuam; at qui humato iam dilapsoque corpore ex sepulcris excitantur, non possunt nisi ad uitam rediuiuam resurgere. nam suo iure Langius hoc uocabulum 'rediuiuus' siue 'reduuiuus' deriuauit a reduendi uerbo, unde etiam 'reduuiae', de quibus cf. Placidus Deuerlingii p. 78. discrimen igitur inter duo illa uocabula intercedere puto hoce quod 'recidiuum' est omne ex antiqui status reliquiis renascens, 'rediuiuum' autem id quod pristino habitu deleto renouatur. cumque haec facies noua utpote iuuenescens saepe ueteri praestet, est ubi 'rediuiuum' interpretari liceat 'nouum atque melius'. ceterum euanuit fere discrimen illud apud *nonnullos* poetas et scriptores, praesertim posterioris

temporis, qui 'rediuiuum' cum uiuendi uerbo cohaerere rati (cuius etymologiae popularis antiquissimum exemplum inueni apud Senecam rhetorem p. 250 K.) 'rediuiuum' nil aliud uolunt esse quam 'nouum' siue 'iuuenescens'; unde perspicis cur ex. gr. apud Serenum Sammonicum u. 49 *et iuuenem praestant rediuiuo flore capillum* et u. 667 *rediuiua occludier ala* reliquerim (u. 914 Heinsii coniecturam 'febris recidiua' ego quoque certam puto).

c. 9, 2 *ut etiam non insolens stuprum intercessione sacri nominis fiat incestum.* non esse insolentem inter alienos uiros feminasque coitum, adeo est de triuio sumpta sententia, ut scriptori non inepto nequeat inputari. et quo illud 'etiam'? correxi 'etiam sic insolens'. sane iam hoc insuetum erat quod eiusdem sectae uiri et feminae passim miscebantur, sed eidem fratres sororesque se appellantes incesti culpam in se conferre acute dicuntur.

c. 12, 1 *quam uos inritae pollicitationis cassa uota decipiant.* inrita pollicitatio mire designat ea quae ipsi sibi christiani promittunt (cf. c. 11, 5). est autem hoc plane synonymum cum 'uotis cassis', unde nuperrime C. Sittl libri 'die localen Verschiedenheiten der lateinischen Sprache' inscripti p. 92 sqq. miram atque inauditam doctrinam protulit; nam inmixtis alienis statuit semiticum quendam usum, secundum quem substantiua cum genetiuo quodam synonymo copulantur. quem usum ut hic subesse sumeret, uel addita 'inritae' et 'cassa' eum arcere debuerunt, debuit arcere accurata exemplorum Minucianorum examinatio. nimirum certo est certius, Felicem scripsisse 'sollicitationis', hoc est: inania quae ex inani sollicitatione profluunt uota (cf. c. 12, 5 *uos uero suspensi interim atque solliciti honestis* eqs). et sic saepe loquitur Minucius, loquuntur alii haud raro. nam genetiuus cum substantiuo coniunctus non solum eam rem, quae id quod per *substantiuum* regens designatur in se habet et possidet,

sed etiam id quod ex illo nascitur et originem ducit denotat: genetiuum causae potes appellare. ueluti Cicero or. § 185 *necessitatis inuenta* scribens dicit inuenta quae ex necessitate tamquam causa efficienti gignuntur; nec aliter Caesar b. c. I 74 *aditum commendationis haberet ad Caesarem*, hoc est, aditum per commendationem effectam. et sic Minucius c. 2, 3 *auiditas desiderii* (quae ex desiderio), ibid. *assiduitatis usus* (qui ex assidua praesentia), c. 14, 7 *fides confessae probitatis* (quae ex confessa probitate), c. 26, 8 *error prauitatis* (qui ex prauitate), c. 30, 1 *fata uulnerum* (quae ex uulneribus profluunt). et hinc corrigendus est locus c. 28, 6 *daemones ad execrationis horrorem imperitorum aures aduersus nos referserant*, ubi propterea quod horror procreat execrationem est remouendum solitum uitium ita 'ad execrationem horroris' (quae ex horrore profluit). et sic ceteri loci a Sittlio congesti fere omnes explicandi (ueluti 'auaritiae cupido', 'dolus fraudis').

c. 14, 1 *homo Plautinae prosapiae, ut pistorum praecipuus, ita postremus philosophorum.* uulgo cum Plautinam prosapiam acciperent turbam hominum et paupertate et ignobilitate despectorum, aut hos ipsos infimae farinae homines indicari putabant recordati Plauti in pistrina operam aut Stieberum secuti 'pistorum' in 'christianorum' mutauerunt. sed Halmium hoc commentum palaeographice defendentem fefellit ratio, ut iam monuit Hauptius opusc. III p. 397. neque ego istud uocabulum aliter umquam in codicibus exaratum inueni quam ita 'x̄pianorum', unde de coniecturae illius probabilitate multum detrahitur. sed totum opinioni illi fundamentum detractum est, postquam G. Goetzius mus. Rhen. 34 p. 496 sqq. locis Hieronymianis innixus docuit, familiae Plautinae hominem dici eum, qui canis in morem latret et dente *rodat* laceretque. sic autem acerbe uocat aduersarium *Caecilius*, quippe cui manserit alta mente repostum

dictum illud in capitis tertii initio prolatum. miror autem Goetzium rectissimae interpretationi non institisse ad uerum eruendum, sed coniecturam Stieberianam, quam iam sententia quoque refutat, nihilominus et ipsum esse amplexum. nunc enim multo magis quaerimus, quo iure siue pistores siue Christiani ad eam quam nouimus familiam Plautinam pertinuisse dicantur. facile autem sentimus, perfectum fieri salem Caecilianum, si Octauius eam exercuit artem, in quam illae prosapiae Plautinae proprietates bene quadrant. quae re uera egregie quadrant in causidicum, qualis Octauius erat (c. 28, 3), siquidem ille latrator et caninum studium exercens similiterque apud Romanos audiit. neque tamen hinc probo id quod excogitauit Iacobus Gronouius 'ictorum' siue 'iurisconsultorum', quippe quos a causidicis diuersos familiae caninae societas non teneat. melius fuisset 'actorum' uel 'patronorum'. sed huius notionis uocabulum litterulis traditis magis accedens dum quaero, uerum esse apparuit 'diſtorum' siue 'disertorum', siquidem uerbum 'diserti' (de quo substantiue posito cf. Taciti dial. c. 1) cum contemptu oratores forenses denotat.

c. 16, 2 *sed in Natali meo uersutiam nolo, non credo: procul est ab eius simplicitate subtilis urbanitas.* ineptam per se uoculam 'nolo' (neque enim hoc, sitne Natalis uersutus necne, ab Octaui uoluntate pendet) neque coeuntem (ut agnouit Usenerus) cum sequentibus illis 'non credo' sic licet retinere: 'uersutiam nolo noscere: credo, procul est' eqs. omisso scilicet 'ere' ante 'credo' ex 'nosc' euasit 'non'. neque uero displicebit aut asyndeton explicatiuum aut 'credo' in initio positum (Heindorfius ad Hor. sat. I 3, 53).

c. 16, 5 *diuites facultatibus suis inligatos magis aurum suspicere consuesse quam caelum, nostrates pauperes et commentos esse prudentiam et tradidisse ceteris disciplinam.* pauperes 'nostrates' non possunt esse nisi *christiani, qui* tamen neque quidquam in philosophia

artibusue sunt commenti neque omnino in disputationem hic uocantur. scriptoris autem sententia haec est: diuites opibus suis exempti curis terrenis cum possent caelum suspicere et in res diuinas inquirere, ipsis diuitiis inpediti semper aurum suspicere maluerunt; at contra pauperes faece terrena depressi inque humum abiecti ecce bene meruerunt de genere humano inuentis suis. eruimus igitur 'prostratos' ex 'nostrates'; nec dubitamus quin Octauius ad illud Caecilianum 'in terram proiecti' (c. 5, 6) adluserit. eadem autem neglegentia stupidum librariorum genus foedauit ea quae secuntur, siquidem quid sibi uelit aut 'comminisci prudentiam' aut 'prudentiae disciplina' eis qui inepta refugiunt obscurrissimum est, uerum autem aperit id quod praecedit 'uel si qui alii artium repertores'.

c. 17, 2 *nos quibus uultus erectus, quibus suspectus in caelum datus est, sermo et ratio, per quae deum adgnoscimus sentimus imitamur.* constat hodie de uerborum 'sermo et ratio' sic nude adiunctorum depravatione. proposuit autem praeeunte Wopkensio Halmius 'datus est et sermo'. quod non recte, ut puto, inprobauit Usenerus, qui in illo 'sermo et ratio' uim gradationis inesse sibi persuadens rescribi uoluit 'in caelum, quibus datus est sermo et ratio'. uerum enim uero facultatum humanarum summa hic quidem habetur in uerbis 'quibus uultus erectus, quibus suspectus in caelum', quippe per quae cum maxime homines opponantur beluis pronis in terramque uergentibus. itaque sermo et ratio, quantumuis per se maioris momenti, hic tantum ut res minores adiungi possunt per simplicem copulam, non per repetitum tertio cumque gradatione 'quibus'. uitium autem non tam in omissa aliqua copula quam in ipso uerbo 'sermo' latere mihi uidetur. quid enim? num sermo, dotum humanarum sane quam praecipua, hic quidquam pertinet ad propositum, quo cum per ceteros sensus tum

per oculos nobis ingeri caelestem claritatem optineatur? sensit hoc nuper I. I. Cornelissenus ualde inprudenter 'sensus' proponens; a quo eum sequentia statim in hoc ipso enuntiato 'sentimus' et 'sensibus' non minus quam neglecta primaria artis criticae regula, ex qua locum aegrotum attrectare duplici remedio uetamur, dehortari debuerunt. equidem conieceram (neque muto factum) 'datus est et mens (m̄s) et ratio'. idem autem Cornelissenus etiam in ultimis uerbis uitium iam agnouit, sed ut huic quoque tollendo esset inpar. nam quod ad 'imitamur' uerbum attinet per se optimum (cf. Lactantius de opif. dei c. 8), ualet illud Horatianum 'sed nunc non erat his locus'. falsum est autem Cornelisseni commentum 'intuemur' propterea quod haec notio plane est superflua. post uerba enim 'adgnoscimus (uultu et suspectu), sentimus (mente et ratione)' iam illud unum quod inde efficitur adici potuit, hoc est 'recipimus'; cf. pulcra gradatio c. 14, 7 *eligere probare suscipere.* itaque uocem uulgarem 'imitamur' scriptam esse puto pro exquisita 'initiamus'; cf. c. 7, 2 *eos deprehendes initiasse ritus omnium religionum*, hoc est, recepisse.

c. 20, 2 *non nos debet antiquitas inperitorum fabellis suis delectata uel capta ad errorem mutui rapere consensus.* in unica uocem 'inperitorum' expediendi uia a grammatica suppeditata, scilicet ut coniungatur 'antiquitas inperitorum', quis non ridet interpretandi peruersitatem summam, qua affirmant uerba illa designare partem hominum antiquorum inperitam? et quantae adrogantiae ab his certe Christianis, quales se gerunt Octauius et Minucius, alienae hoc est, poetas (nam horum sunt fabulae illae hique philosophis opponuntur) referre simpliciter inter inperitos. emendaui 'antiquitas in poetarum fabellis suis delectata uel capta'; nam cur in suspitionem uocemus id quod est 'uel capta', ut fecere priorum nonnulli, non uideo *causam idoneam*, apta cum adsit gradatio (uertas ger-

manice 'das Alterthum, welches in seinen Dichtererzaehlungen sich gefiel oder, besser gesagt, befangen war'; saepius sic 'uel' pro 'uel potius' ponitur). sed quae est huius dialogi corruptio inmanis, nec uerba sequentia integra sunt a labe. nam fidem qui habet fabulis illis poeticis, is quo iure quoue exemplo 'mutuo' cum eis consentire audit? recte ex. gr. c. 24, 5 *ipsam errantium turbam mutua sibi patrocinia praestare.* cum autem post illud 'unius dei' ex re sit fieri mentionem polytheismi et errores siue falsae de diis opiniones utpote ex poetarum mendaciis profluentes apte adiungantur (cf. c. 23, 1 *has fabulas et errores*, ubi 'errores' § 8 per 'opiniones' explicantur), temptaui 'ad errorum de multis diis rapere consensum', lubenter leniore medela meliora restituenti manum daturus.

c. 20, 4 *quid illas aniles fabulas, de hominibus aues et feras, homines et de hominibus, arbores atque flores?* operam oleumque perdiderunt qui emaculandis singulis uerbis studuerunt. ueluti si scribunt 'de hominibus aues et feras omnes ['omnigenas' eodem scilicet sensu alii inutiliter] et de hominibus arbores atque flores', non solum notionem necessariam qualis est 'factos esse' (quam alii et ipsam ex coniectura intulerunt) omisere, sed etiam reliquere plane otiosum 'de hominibus'; nam aut ex usu sollemni 'aues et feras de hominibus et de hominibus arbores atque flores' aut communi notione in initio posita 'de hominibus aues et feras, arbores atque flores (factos esse)' Minucium scripturum fuisse, sciunt qui eum pernouerunt. adstipulamur igitur docto anonymo, qui uerba 'homines et de hominibus' ut insiticia deleuit: sunt lectoris illius antiqui, cuius saepe in hoc dialogo occurrunt adnotationes marginales male in textum postea receptae, docta epicrisis, reminiscentis scilicet ex. gr. Tiresiae fabulam atque de sexus mutatione interdum facta monentis. eodem autem modo, quo in c. 18, 8 *uerbis nec comprehendi, tactu purior est* tria ultima uo-

cabula a Cypriano seruata in codice Parisino obliuioni sunt tradita recepta in textum glossa 'potest', etiam hoc loco inlato in uerborum seriem emblemate alieno genuinam Minucii orationem detrimentum cepisse, expedita est suspitio. et ecce succurrit nobis remediumque ad uulnus iam ex parte urendo curatum persanandum suppeditat Hieronymus, qui commentarii in Danielem c. 4 haec scribit: *Scyllam quoque et Chimaeram atque centauros, aues et feras, flores et arbores, stellas et lapides factos ex hominibus narrant fabulae.* compara praecedentia apud Minucium uerba: ex hoc Hieronymiana esse hausta mihi concedes. nihil autem, ut par est, de hominibus ex hominibus factis exhibet Hieronymus, non superfluis additamentis, qualia sunt 'omnes' uel 'omnigenas', onerauit uocem 'feras', non omisit necessarium illud 'factos esse'. nam quod idem non summa cum religione Minucii uerba excripsit, sed in rebus minimis (ut in uerborum conlocatione) paululum uariat, id uero facile excusamus. Hieronymo igitur duce suum Minucio reddidi.

c. 21, 2 *Prodicus adsumptos in deos loquitur, qui errando inuentis nouis frugibus utilitati hominum profuerunt.* hic quoque uereor ut singulis uerbis inmorantes quidquam proficiamus. recte quidem Ursinus 'frugibus' eiecit, cum Prodicus de omnibus omnino inuentis, non de uno frugum inuento, cogitauerit; recte quidem illud 'errando' prudentissimus quisque eliminandum putauit, Sauppius in 'quando' (debuit esse 'aliquando'), Hauptius in 'certando', Usenerus simul eiciens in 'arando' mutantes; sed his omnibus id tantum lucramur ut euadat sententia falsa et abhorrens a Ciceronis uerbis apertissimis, quae a Minucio non intellecta esse ut sumamus cogimur. quamquam illorum uirorum rationes utique tolerabiles sunt prae incredibili Dombarti artificio, qui uerba tradita patientissime ferens nihilque priorum dubitationes curans *sic uertit:* 'welche auf ihren Irrfahrten neue Fruechte

aufgefunden (?) und den Menschen dadurch Nutzen geschafft haben'. ergone 'errando' hic ualere potest 'in erroribus'? tu uero dele totam illud 'errando inuentis nouis frugibus' ut lectoris nostri christiani adnotationem marginalem ad uerba praecedentia 'Cereris Eleusiniae'; uoluit autem ille uerbis postea fortasse breuiatis hoc dicere, Cererem, cum Eleusin uenisset errando, inuentis nouis frugibus diuinos ibi meruisse honores. iamque reliqua 'Prodicus adsumptos in deos loquitur, qui utilitati hominum profuerunt' quam sint inania post Euhemeri plane eadem tradentis mentionem, multo magis apparet, ut iure nostro insistamus illi dubitationi, qua num Minucius Ciceronis uerba apertissima (d. n. d. I 42, 118) *Prodicus . . . ea quae prodessent hominum uitae deorum in numero habita esse dixit* tam peruerse accipere potuerit ambigimus. sapere ergo aude atque restitue id quo iam rectus ab Euhemero ad Prodicum et Persaeum progressus restituitur, sed quod emblemate semel inlapso mox correctoris malam manum expertum est: 'Pr. adsumpta in deos loquitur quae utilitati hominum profuerunt'.

c. 21, 7 *Terrae enim uel Caeli filius, quod apud Italos esset ignotis parentibus proditus, ut in hodiernum diem inopinato uisos caelo missos, ignobiles et ignotos terrae filios nominamus.* non probo hic Useneri rationem, qui editionem principem secutus 'et' pro 'uel' restituit. immo respicere Minucium duplicem Saturni appellationem, ea quae explicandi gratia adduntur manifestum reddunt: alii (siue poetae siue mythographi) eum uocauerant Terrae filium utpote ignobilem, alii Caeli filium tamquam inopinato uisum. quam interpretationem iam par est sequi loci emendationem. in quo cum offensioni esset doctis et 'apud Italos esset ignotis parentibus' et 'proditus', multo magis offensioni esse debuit manca et incompleta definitio. neque enim additur, cur ueteres Saturnum *putauerint* Caeli filium; nec hoc ex explicatione addita

adsumere licet. cohaerere autem 'ignotis parentibus proditus' (hoc est 'natus'), ostendit Lactantius I 11, 55 *ignotis parentibus natos* ex loco nostro transcribens et ita Kochii Maehlyique in uerbis illis mutationes reiciens. quodsi lacunam apertam sic explemus ut post 'proditus' addamus duce Lactantio 'uel repentino aduenisset, est dictus', iam minus erit molestum illud 'apud Italos', quippe quod ad utrumque colon nunc pertineat.

c. 25, 7 *Romanorum enim uernaculos deos nouimus: Romulus, Picus ... ac Volumnus dii; Cloacinam Tatius et inuenit et coluit* eqs. in his neque quid additum illud 'dii' sibi uelit agnosco et propter sequentium regum mentionem Pici ceterorumque usque ad Volumnum deorum inuentum Romulo adscribi desidero, cum praesertim Augustinus de ciu. dei VI 10 ex Senecae contra superstitiones libro haec adferat: *Cloacinam Tatius dedicauit deam, Picum Tiberinumque Romulus, Hostilius Pauorem atque Pallorem.* quem contra grauissimum auctorem, Minucii sine dubio fontem (ut iam agnouit Dombartus l. l. p. 136), nihil ualet testimonium Cypriani, qui haec scribit l. l. 2, 5: *Romanorum enim uernaculos deos nouimus. est Romulus perierante Proculo deus factus et Picus et Tiberinus et Pilumnus et Consus, quem deum fraudis, uelut consiliorum deum, coli Romulus uoluit, postquam in raptum Sabinarum perfidia prouenit. deam quoque Cloacinam Tatius inuenit et coluit* eqs. duos enim locos in unum conflauit Cyprianus, siquidem illa 'est Romulus perierante Proculo deus factus' petita sunt ex c. 21, 9; contra quae de suo adiecit ille 'quem deum — Romulus uoluit', ostendunt eum et ipsum apud Minucium de Romuli instituto agi inuenisse. unde nec a Cypriano emendationi nostrae 'Romuli sunt Picus ... ac Volumnus dii' quidquam obstat.

c. 26, 11 *et angelos, id est ministros et nuntios, dei sed et ueri eiusque uenerationi nouit adsistere.* his uerbis corruptis, quae qualia exhibet Parisini manus prima

excripsimus, male anteriores ita medebantur ut 'nuntios dei sed ueri, eius uenerationi' scriberent. nam, ut cetera omittamus, Cyprianus (l. l. 4, 1 = c. 6 Hartelii) scribens: *Ostanes et formam ueri dei negat conspici posse et angelos* [*ueros*] *sedi eius dicit adsistere* plane confirmat, pessime post 'uerum deum' iterum inculcari 'dei sed ueri'. sed quod ex ductibus litterarum effecerunt Hartelius et Kochius 'sedem tueri', id quamquam mutationis lenitate blanditur, tamen ab sententia reiectaneum est, siquidem sedis diuinae defensionem in angelos, quales hic describuntur (dei uenerationi adsistentes et nutu uultuque domini contremescentes), non quadrare manifestum est. potius in archetypo scriptum fuisse uidetur *sedet'eri*, unde librarium eius quod paulo ante legitur 'uerum deum' memorem effecisse 'sed et ueri' facile intellegitur. 'dei sede teneri', hoc est retineri siue contineri, aptissimam in his angelis sententiam praebet.

c. 38, 3 *miror quemadmodum tribuatis exanimi aut non sentienti facem aut non sentienti coronam, cum et beatus non egeat et miser non gaudeat floribus.* haec num uere correxerint Ursinus et Salmasius scribendo 'aut sentienti facem', ualde dubito. omnis enim facis mentio peruersa, siquidem testibus et eis quae antecedunt et huius enuntiati uerbis ultimis de sola corona siue floribus agatur. debet autem ex illis 'aut non sentienti facem' aliquid erui, quod artius cum uerbis 'beatus non eget, miser non gaudet floribus' cohaereat. nimirum in Elysio uersantibus abunde adsunt flores, quos nec habent nec curant ei qui in Tartarum sunt coniecti. Elysii autem incolas quoniam pax, Tartari autem consortes poena aeterna excipit, potuit Minucius sic scribere 'aut iam sentienti pacem', hoc est beato.

Scripsi Groningae mense Iunio a. 1883.

[Haec editio ante duos et quod excedit annos cartis mandata iamque bibliopolae mittenda cum tum quidem ob causas, quas hic exponere nihil attinet, typis exprimi nequierit, nunc pauca adicienda sunt. et de Minucii quidem aetate interim prudenter disseruit P. Schwenke ('Jahrbuecher fuer protestantische Theologie', 1883, p. 263 sqq.), qui aliis rationibus ductus, quas non sine fructu cum meis comparabis, anno fere 160 Octauium scriptum esse optinuit. in hoc ab eo dissentio, quod quae c. 18, 5—7 leguntur quadrare negauit in duorum simul imperatorum regnum (quae est mea sane sententia supra p. VII exposita). tantum enim abest ut ad suum ibi tempus respiciat Minucius, ut potius ex aeuo fabuloso et pristinae reipublicae Romanae historia exempla petat ad stabiliendam sententiam in argumentorum serie ultro se offerentem nec quaesitam quaeque sub bonis quidem imperatoribus sine periculo uel a cautissimo in medium proferri potuit.

Scr. mense Nouembri a. 1885.]

M. MINUCII FELICIS
OCTAVIUS.

Cogitanti mihi et cum animo meo Octaui boni et 1
fidelissimi contubernalis memoriam recensenti tanta
dulcedo et adfectio hominis inhaesit, ut ipse quodam-
modo mihi uiderer in praeterita redire, non ea quae
iam transacta et decursa sunt recordatione reuocare:
ita eius contemplatio quantum subtracta est oculis, 2
tantum pectori meo ac paene intimis sensibus inpli-
cata est. nec inmerito discedens uir eximius et sanctus 3
inmensum sui desiderium nobis reliquit, utpote cum
et ipse tanto nostri semper amore flagrauerit, ut et in
ludicris et *in* seriis pari mecum uoluptate concineret,
eadem uelle uel nolle: crederes unam mentem duobus
fuisse diuisam. sic solus in amoribus conscius, ipse 4
socius in erroribus; et cum discussa caligine de tene-
brarum profundo in lucem sapientiae et ueritatis
emergerem, non respuit comitem, sed, quod est glo-

1 Arnobii liber VII explicit incipit liber VIII feliciter P || 4 recensenti P *partim in litura* || 5 inhesit P || 9 pene P || 10 decedens *Dauisius; sed* disc. *a nobis* || 13 in *addidit Heumannus* | uoluptate *scripsi:* uoluntate P *nimia tautologia cum uerbis* eadem uelle uel nolle, *quae Wopkensio spuria sunt uisa* (*cf. supra p.* V *nota*) || 14 duobus *Fielitzius:* in duobus P in duos *Usenerus* || 15 ipsis *Orellius, sed cf. infra ad c.* 34, 4 || 18 *malim* renuit; *cf. supra p.* XV | glorius P, *corr. m.* 2.

5 riosius, praecucurrit. itaque cum per uniuersam con-
uictus nostri et familiaritatis aetatem mea cogitatio
uolueretur, in illo praecipue sermone eius mentis meae
resedit intentio, quo Q. Caecilium superstitionis uani-
tatibus etiamnunc inhaerentem disputatione grauissima
2 ad ueram religionem reformauit. nam negotii et uisendi
mei gratia Romam contenderat, relicta domo, coniuge,
liberis et (quod est in liberis amabilius annis) adhuc
innocentibus et adhuc dimidiata uerba temptantibus,
loquellam ipso offensantis linguae fragmine dulciorem.
2 quo in aduentu eius non possum exprimere [sermoni-
bus], quanto quamque inpotenti gaudio exultauerim,
cum augeret maxime laetitiam meam amicissimi ho-
3 minis inopinata praesentia. igitur post unum et alterum
diem, cum iam et auiditatem desiderii frequens ad-
siduitatis usus implesset et quae per absentiam mutua
de nobis nesciebamus, relatione alterna comperissemus,
placuit Ostiam petere, amoenissimam ciuitatem, quod
esset corpori meo siccandis umoribus de marinis
lauacris blanda et adposita curatio. sane et ad uinde-
miam feriae iudiciariam curam relaxauerant; nam id
temporis post aestuum rabiem in temperiem semet
4 autumnitas derigebat. itaque cum diluculo ad mare

2 mea] ea *?* || 4 quod Caecilium P, quo C. *ed. pr.; de coniectura nostra* quo Q. Caecilium *cf. p.* VI | superstitiosis P, *corr. Maehly* || 8 amabilius adhuc annis P; annis *deleuit Ursinus* animis *Vahlenus non remouens ablatiuum qualitatis cnm ablatiuo absoluto molestissime coniunctum; ego ut praeterea stabilirem comparatiuum uix ceteris huius dialogi locis* (3, 6; 32, 4; 34, 6) *defendendum, traieci* annis *hac sententia: amabiles ipsi anni teneri scil. mollesque, amabilior innocentia sermonisque incipientis inopia* || 11 sermonibus *serioris aeui latinitatem redolens ut glossema seclusi* (*cf. Plinii ep.* V 14, 2) || 12 inpotenti *Heumannus:* inpatienti P; *dicuntur recte homines affectus alicuius inpatientes siue intemperantes, contra affectus ipsi inpotentes siue immodici* || 16 mutua *Maehly:* mutuam P mutuo *Heumannus* || 18 hostiam P || 19 corporis mei *Heumannus; ego malim* siccandisq. || 21 aestuum rabiem *scripsi:* aestiuam diem P; *cf. supra p. XVI* || 22 dirigebat P; cf. quae dixi ad Taciti dial. p. 54.

in *amnis* ambulando litore pergeremus, *ita* ut et aura
adspirans leniter membra uegetaret cum eximia uo-
luptate et molle uestigio cedens harena subsideret,
Caecilius simulacro Serapidis denotato, ut uulgus
superstitiosum solet, manum ori admouens osculum
labiis inpressit. tunc Octauius ait: 'non boni uiri est, 3
Marce frater, hominem domi forisque lateri tuo in-
haerentem sic in hac inperitiae uulgaris caecitate de-
serere, ut tam luculento die in lapides eum patiaris
se inpingere, effigiatos sane et unctos et coronatos,
cum scias huius erroris non minorem ad te quam ad
ipsum infamiam redundare.' cum hoc sermone eius 2
medium spatium ciuitatis emensi iam liberum litus
tenebamus. ibi harenas extimas, uelut sterneret ambu- 3
lacro, perfundens lenis unda tundebat; et ut semper
mare etiam positis flatibus inquietum est, etsi non
canis spumosisque fluctibus exit ad terram, [tamen]
crispis tortosisque identidem erroribus delectati per-
quam sumus, cum in ipso aequoris limite plantas
tingueremus, quod uicissim nunc adpulsus nostris pe-
dibus adluderet fluctus, nunc relabens ac uestigia
retrahens in se se resorberet. sensim itaque tranquil- 4
leque progressi oram curui molliter litoris iter fabulis

1 in amnis ambulando *scripsi* (*supra p.* XVI): inambulando P | ita ut *ego:* ut P ubi *Kochius, del. Heumannus* ‖ 2, 3 uegetaret et cum eximia uoluntate molli P; et *traieci et pro* molli *scripsi* molle: *cf. supra p.* XVII (uoluptate *iam ed. pr.*) ‖ 4 dinotato *Usenerus* ‖ 5 superstitiosus P, *corr. Halmius coll. c.* 18, 11 ‖ 6 praessit P, *corr. Ursinus* ‖ 10 se *addidi coll. Lact.* II 3, 3 (*an* pedes *post* lapides *periit?*) ‖ 13 ciuitatis] citatius *Hartelius* ‖ 14 uelud P (*ut saepius*) ‖ 15 tundebat *Ursinus:* tendebat P radebat *Usenerus; cumulos harenarum iuxta iter positos unda quamuis lenis tamen ui insita ita percellit frangitque, ut uiam sternat* | semper *ex* super *corr.* P ‖ 17 exit *scripsi:* exibat P | tamen *seclusi; cf. supra p.* XVII ‖ 18 ≡crispis P | tororisisque P *m. 1* torosisque *m. 2;* tortuosisque *P. Daniel* | identidem *Usenerus:* ibidem P itidem *Oehlerus* ‖ 19 limite *scripsi* (*supra p.* XVIII): *limine P* ‖ *20* adpulsum P, *correxi* ‖ 22 in sese P, correxi.

fallentibus legebamus. haec fabulae erant Octaui dis-
5 serentis de nauigatione narratio. sed ubi eundi spa-
tium satis iustum cum sermone consumpsimus emensi,
eandem uiam rursus uersis uestigiis terebamus; et
cum ad id loci uentum est, ubi subductae nauiculae
substratis roboribus a terrena tabe suspensae quiesce-
bant, pueros uidemus certatim gestientes testarum in
6 mare iaculationibus ludere. is lusus est testam teretem
iactatione fluctuum leuigatam legere de litore, eam
testam plano situ digitis conprehensam inclinem ipsum
atque humilem quantum potest super undas inrotare,
ut illud iaculum uel dorsum maris raderet uelutque
nataret, dum leni impetu labitur, uel summis fluctibus
tunsis emicaret et pergeret, dum adsiduo saltu suble-
uatur. is se in pueris uictorem ferebat, cuius testa et
procurreret longius et frequentius exsiliret.

4 Igitur cum omnes hac spectaculi uoluptate cape-
remur, Caecilius nihil intendere neque de contentione
ridere, sed tacens anxius segregatus dolere nescio quid
2 uultu fatebatur. cui ego: 'quid hoc est rei? cur non
agnosco, Caecili, alacritatem tuam illam et illam ocu-
3 lorum etiam in seriis hilaritatem requiro?' tum ille:
'iam dudum me Octaui nostri acriter angit et remordet
oratio, qua in te inuectus obiurgauit neglegentiam, ut
4 me dissimulanter grauius argueret inscientiae. itaque
progrediar ulterius: de toto *ut* integro mihi cum Oc-
tauio res est. si placet, ut ipse inuisae sectae homo
cum eo disputem, iam profecto intelleget facilius esse

1 hęc P *m. 1:* hęe *m. 2* hae *uulgo* ‖ 3 emensi, eandem *scripsi:* eandem emensi P ‖ 6 tabe *Dombartus:* labe P ‖ 7 uidimus *Usenerus* ‖ 12 uelutq; nataret *scripsi:* uel enataret P et uelut nataret *Dombartus* ‖ 13 laeni P ‖ 14 tonsis P, *correxi* | et pergeret *scripsi:* emergeret P ‖ 19 dolere *Ursinus:* dolore P ‖ 21 et *in litura* P ‖ 24 neglegentiae P, *correxi* (*supra p.* XIX) ‖ 26 ut *addidi: om.* P *m. 1* et *add. m. 2* (*supra l. l.*) ‖ 27 ipse inuisae *scripsi:* ipsius P istius *uel* ipse istius *Halmius; sed quo* istius *spectat?* (*de* ipsius *intolerabili cf. ad c.* 34, 4).

in contubernalibus desiderare quam conserere sapien-
tiam; modo in istis ad tutelam balnearum iactis et in 5
altum procurrentibus petrarum obicibus residamus, ut
et requiescere de itinere possimus et intentius dispu-
tare.' et cum dicto eius adsedimus, ita ut me ex 6
tribus medium lateris ambitione protegerent; nec hoc
obsequi fuit aut ordinis aut honoris, quippe cum ami-
citia pares semper aut accipiat aut faciat, sed ut
arbiter et utrisque proximus aures darem et disceptan-
tes duos medius segregarem.

Tum sic Caecilius exorsus est: 'quamquam tibi, 5
Marce frater, de quo cum maxime quaerimus non sit
ambiguum, utpote cum diligenter in utroque uiuendi
genere uersatus repudiaris alterum, *alterum* conpro-
baris, in praesentiarum tamen ita tibi informandus
est animus, ut libram teneas aequissimi iudicis nec
in alteram partem propensus incumbas, ne non tam
ex nostris disputationibus nata sententia quam ex tuis
sensibus prolata uideatur. proinde mihi, si quasi 2
nouus aliqui et quasi ignarus partis utriusque con-
sideras, nullum negotium est patefacere, omnia in
rebus humanis dubia incerta suspensa magisque omnia
de his iudicia uerisimilia quam uera. quo magis mirum 3
est nonnullos taedio inuestigandae penitus ueritatis
cuilibet opinioni temere succumbere quam in explo-
rando pertinaci diligentia perseuerare. atqui indignan- 4
dum omnibus *et omnibus* indolescendnm est, audere
quosdam, et hos studiorum rudes, litterarum profanos,

1 desiderare *scripsi* (*supra p.* XX): disputare P ‖ 4 ≡requiescere (*erasa* a) P ‖ 7 obsequii P *ex corr.* ‖ 12 id de quo *Heumannus* ‖ 14 alterum *addidit ed. pr.* ‖ 18 sententia *m. 1 ex* sentia P | ex tuis *m. 2 ex* exuis P ‖ 19 mihi si *Usenerus:* si mihi P ‖ 20. 21 consid'as *scripsi:* considas P, *pro quo saltim* consederis *expectes* ‖ 23 de his iudicia *addidi coll. Cic. d. n. d.* I 5, 12; 24, 66 (omnia *deleuit Wowerus* somnia *A. Kiesslingius*) | quo minus *Ursinus* ‖ 24 tedio P ‖ 26 atqui *Dombartus:* itaque P ‖ 27 et omnibus *addidi* (*solum* omnibus *Vahlenus*, et *Dombartus: cf. lectt. lat. p.* 24) ‖ 28 et hos *scripsi:* et hoc P et

ex parte artium etiam sordidarum, certum aliquid de
summa rerum` ac maiestate decernere, de qua tot om-
nibus saeculis sectarum plurima cura usque adhuc
5 ipsa philosophia deliberat. nec inmerito, cum tantum
absit ab exploratione diuina humana mediocritas, ut
neque quae supra nos caelo suspenso sublata sunt
neque quae infra terra in profunda demersa sunt aut
scire sit datum aut scrutari permissum aut suspicari
religiosum et beati satis satisque prudentes iure uide-
amur, si secundum illud ueteris sapientis oraculum
6 nosmet ipsos familiarius nouerimus. sed quatenus in-
dulgentes insano atque inepto labori ultra humili-
tatis nostrae terminos euagamur et in terram proiecti
caelum ipsum et ipsa sidera audaci cupiditate tran-
scendimus, uel hunc errorem saltem non uanis et for-
7 midulosis opinionibus implicemus. sint principio om-
nium semina natura in se cogente densata: quis hic
auctor deus? sint fortuitis concursionibus totius mundi
membra coalita digesta formata: quis deus machina-
tor? sidera licet ignis accenderit, aer caelum licet sus-
penderit, sua materia licet terram fundauerit pondere
et mare licet confluxerit e liquore: unde haec religio,

horum *ed. pr.* | rude **P** || 1 ex parte *scripsi* (*supra p.* XX): expertes **P** || 2 dei *post* maiestate *addidit Wirthius; sed* rerum *tam ad* summa (*Lucr.* II 303) *quam ad* maiestate (*Lucr.* V 2 *et* 8) *spectat* | qua *m. 1 ex* quo **P** || 3 plurima cura (= *meditatione*) *temptaui:* plurimarum **P** || 4 filosofia **P** || 6 suspenso *scripsi:* suspensa **P**; *cf. ex. gr. pan. ad Mess.* 23 | sublata *delet Usenerus* | 7 terram profunda **P**, *correxi* (profundo *Bursianus*) || 8 datum ut scrutare **P**; *forma plebeia a Minucio arcenda* | suspicari *Dombartus:* stuprari **P**; *totum colon Usenerus sic rescribit* aut scire sit datum aut scrutari religiosum; *at est illud et extra bipartitae orationis parallelismum positum et sic recta gradatione descendit: scientiae materia denegata, examinationi obices structi, coniectura proinde inpia* || 10 ueteris *Usenerus:* uetus **P** || 17 cogente *scripsi:* coeunte **P**; *cf. Cic. d. n. d.* I 24, 66; *Verg. ecl.* 6, 31 | hic] his *Heumannus* || 20 aer (er) *scripsi:* et **P**; *delere mauolt Halmius* || 21 suspenderit, sua materia *scripsi:* sua materia suspenderit **P** || 22 et mare et licet *ante rasuram* **P** | confluxerit *Dauisius:* influxerit **P**

unde *dei* formido? quae superstitio est? homo et ani- 8
mal omne, quod nascitur inspiratur attollitur, elemen-
torum, ut uolunt, uaria concretio est, in quae rursum
homo et animal omne diuiditur soluitur dissipatur: ita
in fontem refluunt et in semet reuoluuntur omnia,
nullo artifice renuente nec auctore. sic *consequens est* 9
congregatis ignium seminibus soles alios atque alios
semper splendere, sic exalatis terrae uaporibus nebulas
semper *alias* adolescere, quibus densatis coactisque
nubes altius surgere, isdem labentibus pluuias fluere,
flare uentos, grandines increpare uel nimbos conliden-
tibus tonitrua mugire, rutilare fulgora, fulmina pro-
micare; *ea* adeo passim cadunt, montes inruunt, ar-
boribus incurrunt, sine dilectu tangunt loca sacra et
profana, homines noxios feriunt *saepe* et saepe reli-
giosos. quid tempestates loquar uarias et incertas, 10
quibus nullo ordine uel examine rerum omnium im-
petus uolutatur? in naufragiis bonorum malorumque
fata mixta, merita confusa? in incendiis interitum con-
uenire insontium nocentiumque? et cum tabe pesti-
fera caeli tractus inficitur, sine discrimine omnes de-
perire? et cum belli ardore saeuitur, meliores potius
occumbere? in pace etiam non tantum aequatur ne- 11
quitia melioribus, sed extollitur, ut in pluribus nescias,
utrum sit eorum detestanda prauitas an optanda feli-

1 dei *add. Klussmannus* | quae] atque *Heumannus* || 3 ut uolunt uaria *scripsi* (*supra p.* XX): ut uoluntaria P | concretio *ex* concreto *corr.* P || 5 omnia reuoluuntur P, *traiecit Heumannus* || 6 renuente *scripsi*: nec iudice P | consequens est *addidi* (uidemus *post* soles *Heumannus, ante idem* cernimus *Maehly*) | 7 atque *bis* P || 9 alias *addidit Sauppius* | coalescere *Usenerus* (*an* adolescere *ex* alias coalescere *conflatum?*) || 11 nimbos *scripsi* (*supra p.* XXI): nimbis P || 12. 13 praemicare P, *corr. Heumannus* | ea *addidi* | in montes *Maehly* || 15 saepe *addidit Klussmannus* || 17 examine *suspectum;* discrimine *Heumannus* moderamine *Maehly; an* agmine (*cf. Verg. Aen.* I 82)*?* | *malim* rerum omnium in perniciem impetus uoluatur || 19 mixtā erita P *m. 1* || 22 ardor saeuit *Heumannus* || 24 extollitur *Usenerus:* et colitur P.

12 citas. quod si mundus diuina prouidentia et alicuius
numinis auctoritate regeretur, numquam mereretur Pha-
laris et Dionysius regnum, numquam Rutilius et Ca-
13 millus exilium, numquam Socrates uenenum. ecce ar-
busta frugifera, ecce iam cana seges, iam temulenta
uindemia imbri corrumpitur, grandine caeditur. adeo
aut certa nobis ueritas occultatur et premitur aut,
quod magis credendum est, uariis et lubricis casibus
6 soluta legibus fortuna dominatur. cum igitur aut for-
tuna incerta aut incerta natura sit, quanto uenerabi-
lius ac melius, ancipites ueritatis maiorum excipere
disciplinam, religiones traditas colere, deos, quos a
parentibus ante inbutus es timere, adorare quam nosse
familiarius, nec de numinibus ferre sententiam, sed
prioribus credere, qui adhuc rudi saeculo in ipsius
cultus natalibus meruerunt deos uel ciues habere uel
reges? inde adeo per uniuersa imperia prouincias
oppida uidemus singulos sacrorum ritus gentiles ha-
bere et deos colere municipes, ut Eleusinios Cererem,
Phrygas Matrem, Epidaurios Aesculapium, Chaldaeos
Belum, Astarten Syros, Dianam Taurios, Gallos Mer-
2 curium. intuere iam Romanos. sic eorum potestas et
auctoritas totius orbis ambitum occupauit, sic impe-
rium suum ultra solis uias et ipsius oceani limites
propagauit, dum exercent in armis uirtutem religio-

3 dionisius P ‖ 5 seges cana P, *traiecit Heumannus* ‖ 6 *ante* imbri *hoc fere* nimbo percelluntur *intercidisse putauerim, quod aeque spectet ad* arbusta frugifera *quam* imbri corr. *ad segetem canam et* grand. caed. *ad temulentam uindemiam* ‖ 7 certa *scripsi* (*cf. supra p.* XXII): incerta P ‖ 9, 10 fortuna incerta *scripsi:* fortuna certa P ‖ 11 ancipites *Usenerus*: antistites P ‖ 13 estimere (est. *m. 2*) quam nosse familiarius adorare P, *traieci* (*supra p.* XXII) ‖ 16 cultus *scripsi:* mundus P *m. 1,* mundi *corr.*, *uulgo inepte* (*quo seruato* ipsis *Gelenius*) | ciues *Heumannus:* faciles P famulos *Usenerus* ‖ 18 opida P ‖ 19 ut *ed. pr.:* et P ‖ 20 esculapium chaldeos P ‖ 22 intuere iam *scripsi* (*supra p.* XXIII): uniuersam (m *erasa*) P ‖ 23 ambitus P, *corr. Halmius* ‖ 25 propagarunt *Heumannus, recte ut puto, nisi potius* sic imperium *(scil. eorum)* fines ultra . . . propagauit *praestat.*

sam, dum urbem muniunt sacrorum religionibus, castis
uirginibus, multis honoribus ac nominibus sacerdotum;
dum obsessi et citra solum Capitolium capti colunt
deos, quos alius iam spreuisset, *uel* iratos et per Gal-
lorum acies mirantium superstitionis audaciam pergunt
telis inermes, sed cultu religionis armati; dum captis
hostilibus moenibus adhuc ferociente uictoria numina
uicta uenerantur; dum undique hospites deos quaerunt
et suos faciunt; dum aras extruunt etiam ignotis nu-
minibus et inmanibus. sic dum uniuersarum gentium 3
sacra suscipiunt, etiam regna meruerunt. hinc per-
petuus uenerationis tenor [mansit], qui longa aetate
non infringitur, sed augetur; quippe antiquitas caeri-
moniis atque fanis tantum sanctitatis tribuere con-
sueuit quantum adseruit uetustatis. nec tamen temere 7
(ausim enim interim et ipse errare et sic melius con-
cedere) maiores nostri aut obseruandis auguriis aut
extis consulendis aut instituendis sacris aut delubris
dedicandis operam nauauerunt. specta de memoria 2
libros: iam eos deprehendes initiasse ritus omnium re-
ligionum, uel ut remuneraretur diuina indulgentia uel
ut auerteretur imminens ira aut iam inruens et sae-
uiens placaretur. testis mater Idaea, quae aduentu 3
suo et probauit matronae castitatem et urbem metu

4 uel *addidi coll. Senecae ad Marciam* 13, 2 (spreuisset iratus *Wowerus*) ‖ 6 captis *Ouzelius*: capti in P captis in *ed. pr.* ‖ 9 etiam *ed. pr.*: dum etiam P interdum etiam *Heraldus* ‖ 10 inmanibus *scripsi:* manibus P; *cf. ex. gr. Prud. in Symm.* II 353 *sqq.* ‖ 11 meruerunt *ed. pr.*: merunt P inierunt *Meursius* ‖ 12 mansit *seclusi* (manauit *I. I. Cornelissenus*) | qui] quae *Usenerus, qui et mox* antiquitus ‖ 13. 14 cerimoniis P ‖ 15 adseruit *scripsi:* adstrucserit P *m. 1* (-xserit *m. 2*), *quod ex* adstruit *scriptis supra* str *litteris* c. (= *corrige*) ser *ortum puta* ‖ 16 errare — concedere *scripsi* (*supra p.* XXIII): concedere — errare P ‖ 17 nostri ut P ‖ 19 de memoria libros *scripsi:* de libris memoria P (memoriam *ed. pr.* de libris *delet Wopkensius*) ‖ 22 aut iam (*add.* ut *s. l.*) P | inruens scripsi: tumens P (etiam imminens ira est tumens) ‖ 23 idea (i erasa) P.

hostili liberauit; testes equestrium fratrum in lacu
Iuturnae, se ut ostenderant, statuae consecratae, qui
anheli spumantibus equis atque fumantibus de Perse
uictoriam eadem die qua fecerant nuntiauerunt; testis
ludorum offensi Iouis de somnio plebei hominis ite-
ratio; [et Deciorum deuotio rata testis est;] testis et
Curtius, qui equi uel sui uel mole uel honore hiatum
4 profundae uoraginis coaequauit. frequentius etiam
quam uolebamus deorum praesentiam contempta au-
spicia contestata sunt. sic Allia 'nomen infaustum',
sic Claudi et Iuni atrox praelium in Poenos et ferale
naufragium [est]; et ut Trasymenus Romanorum san-
guine et maior esset et decolor, spreuit auguria Fla-
minius; et ut Parthos signa repetamus, dirarum in-
5 precationes Crassus et meruit et inrisit. omitto uetera
quae multa sunt. et de deorum natalibus donis mu-
neribus neglego carmina poetarum; praedicta etiam
de oraculis fata transilio, ne uobis antiquitas nimium
fabulosa uideatur. intende templis ac delubris deorum,
quibus Romana ciuitas et protegitur et ornatur: magis
sunt augusta numinibus incolis praesentibus *inqui-
linis* quam cultus insignibus et muneribus opulenta.

1 equestres *Heumannus* ‖ 2 Iuturnae *Usenerus addidit* | se ut *Schefferus*: sič (c *in ras.*) P sicut se *Ursinus* (sicut ostenti erant *Usenerus*) ‖ 3 anhelis P, *corr. Gelenius* | persae P ‖ 4 nunciauerunt P *m. 1* ‖ 5 offensi *Rigaltius*: offensio P | somno P, *corr. Gelenius* ‖ 6 *uerba* et decuriorum (*sic* P) d. r. t. e. *interpolata esse uidit Halmius* ‖ 7 equi uel sui *scripsi*: equitis sui P (*ortum puta* equit' *ex* equi l) equi et sui *Bursianus* equi equitisue *Usenerus* ‖ 8 coequauit P ‖ 10 *cf. Verg. Aen.* VII 717 ‖ 11 atrox praelium — et ferale *scripsi*: non praelium (proelium *m. 2*) — sed ferale P; *incredibile est, Minucium in re notissima et a Cicerone d. n. d.* II 3, 7 *suppeditata titubasse* ‖ 12 est *deleuit E. Hillerus* (factum est *Usenerus*) | thrysimenus P | sanguinē *ante rasuram* P ‖ 14 phartos P | repetamus] *cf. supra p.* VII | inpraecationes grassus P ‖ 15 *puto* cetera ‖ 21 *post* incolis *comma ponunt, cum tamen* numina incolae *una sit notio* | inquilinis *corruptum; conieci* et inlucinis ‖ 22 cultus *uulgo*: cultu≡ P cultu *ed. pr.*

inde adeò pleni et mixti deo uates futura praecerpunt, 6
dant cautelam periculis, morbis medellam, spem ad-
flictis, opem miseris, solacium calamitatibus, laboribus
leuamentum. etiam per quietem deos uidemus audi-
mus agnoscimus, quos impie per diem negamus nolu-
mus eieramus. itaque cum omnium gentium de dis 8
inmortalibus, quamuis incerta sit uel ratio uel origo,
maneat tamen firma consensio, neminem fero tanta
audacia tamque inreligiosa nescio qua prudentia tu-
mescentem, qui hanc religionem tam uetustam, *tam*
utilem, tam salubrem dissoluere aut infirmare nitatur.
sit licet ille Theodorus Cyrenaeus uel, qui prior, Dia- 2
goras Melius, cui atheon cognomen adposuit antiqui-
tas, qui uterque nullos deos adseuerando timorem
omnem, quo humanitas regitur, uenerationemque pe-
nitus sustulerunt: numquam tamen in hac inpietatis
disciplina simulatae philosophiae nomine atque aucto-
ritate pollebant. cum Abderiten Protagoram Atheni- 3
enses etsi consulte potius quam profane de diuinitate
disputantem et expulerint suis finibus et in contione
eius scripta deusserint, quid homines (sustinebitis
enim me impetum susceptae actionis liberius exeren-
tem) homines, inquam, deploratae inlicitae ac despe-
ratae factionis grassari in deos non ingemescendum
est? qui de ultima faece collectis imperitioribus et 4
mulieribus credulis sexus sui facilitate labentibusque
legem profanae coniurationis instituunt; quippe noc-
turnis congregationibus et ieiuniis sollemnibus et in-

1 *an* praecipiunt? ‖ 3 solatium P *m. 2* ‖ 5 impiae P ‖ 6 peieramus P, *corr. I. Fr. Gronouius* | dis, *add.* i. *s. l.*, P ‖ 10 tam *addidit Gelenius* ‖ 12 ille] *malim* nisus | theudorus cyreneus P | dargoras (i *supra* a *pr.*) milesius P ‖ 13, 14 *malim* antiquitas utrique, qui nullos ‖ 17 filosofiae P ‖ 18 pollebunt P, *correxi* | Protagoram *ed. pr.*: pitagorā P ‖ 19 etsi *scripsi:* uiri P uirum *Maehly* ‖ 21 scribta P ‖ 23 ac *deleuerim* ‖ 25 fece P ‖ 26 labentibusq. legem *scripsi* (*supra p.* XXIII): labendibus plebem P labentibus pl. *uulgo* ‖ 27 quippe scripsi: quae P qui *Heumannus.*

humanis cibis non sacro quodam, sed piaculo foede-
rantur. latebrosa et lucifuga natio, in publicum muta,
in angulis garrula: templa ut busta defugiunt, deos
5 despuunt, rident sacra, miserentur (miseris si fas est)
sacerdotum, honores et purpuras despiciunt ipsi semi-
nudi. pro mira stultitia et incredibilis audacia! sper-
nunt tormenta praesentia, dum incerta metuunt et
futura, et, dum mori post mortem timent, interim
mori non timent: ita illis pauorem fallax spes solata
9 uita rediuiua blanditur. ac iam, ut fecundius nequiora
proueniunt, serpentibus in dies perditis moribus per
uniuersum orbem sacraria ista taeterrima impiae co-
itionis adolescunt. eruenda prorsus haec et execanda
2 consensio. occultis se notis et insignibus dinoscunt et
amant mutuo paene antequam nouerint; passim etiam
inter eos uelut quaedam libidinum religio miscetur, ac
se promisce appellant fratres et sorores, ut etiam sic
insolens stuprum intercessione sacri nominis fiat in-
cestum. ita eorum uana et demens superstitio scele-
3 ribus gloriatur. nec de ipsis, nisi subsisteret ueritas,
maxime turpia et honore praefanda sagax fama lo-
queretur. audio eos turpissimae pecudis caput [asini]
consecratum inepta nescio qua persuasione uenerari:
4 digna et nata religio talibus moribus! alii eos ferunt

1 foederatur *Vahlenus* ‖ 2 lucifugax P, *corr. P. Daniel* | in publico *ed. pr.* ‖ 3 ut busta] uetusta *Usenerus* | defugiunt *scripsi:* despiciunt P ‖ 4 miseris *scripsi:* miseri P miseri ipsi *Halmius* ‖ 6 mira *ex* miram *corr., ut uid.*, P | incredibilis *in* -li *corr.* P ‖ 7, 8 et futura *obelo notat Usenerus; equidem malim* dum incendia metuunt futura ‖ 9 solata uita *scripsi* (*supra p.* XXIII): solacia P ‖ 12 teterrima P ‖ 13 execanda *I. I. Cornelissenus*: execranda P haec execranda *Usenerus* ‖ 14 dinoscunt *scripsi coll. c.* 31, 8: noscunt P ‖ 16 uelud P ‖ 17 sic *scripsi* (*supra p.* XXV): non P ‖ 20 istis *Sauppius; at cf. ad c.* 34, 4 ‖ 21 maxime turpia *scripsi:* maxima et uaria P, *hoc est* maximae tuaria (maxime nefaria *P. Daniel* maxima flagitia *Usenerus*) ‖ 21 praefandas (s *erasa*) *P; honore* praefato uix effanda *Usenerus*, ego *cogitaui de* horrore execranda *coll. c.* 28, 6 ‖ 22 asini seclusit Dauisius.

ipsius antistitis ac sacerdotis colere genitalia et quasi
parentis sui adorare naturam: nescio an falsa, certe
occultis ac nocturnis sacris adposita suspicio! et qui
hominem summo supplicio pro facinore punitum et
crucis ligna feralia eorum caerimonias fabulatur, con-
gruentia perditis sceleratisque tribuit altaria, ut id
colant quod merentur. iam de initiandis tirunculis fa- 5
bula tam detestanda quam nota est. infans farre con-
tectus [ut decipiat incautos] adponitur ei qui sacris
inbuatur. is infans a tirunculo farris superficie quasi
ad innoxios ictus prouocato caecis occultisque uulne-
ribus occiditur. huius (pro nefas!) sitienter sanguinem
lambunt, huius certatim membra dispertiunt, hac foe-
derantur hostia, hac conscientia sceleris ad silentium
mutuum pignerantur. haec sacra sacrilegiis omnibus
taetriora. et de conuiuio notum est; passim omnes 6
locuntur, id etiam Cirtensis nostri testatur oratio. ad
epulas sollemni die coeunt cum coniugibus liberis
sororibus matribus, sexus omnis homines et omnis
aetatis; illic post multa pocula ubi conuiuium caluit
et in caecas libidines ebrietatis feruor exarsit, canis,
qui candelabro nexus est, iactu offulae ultra spatium
lineae, qua uinctus est, ad impetum et saltum pro-
uocatur. sic euerso et extincto conscio lumine inpru- 7
dentibus tenebris nexus infandae cupiditatis inuol-
uunt, per incertum sortis, etsi non omnes corpore,

1 antistis P || 5 fabulantur P || 9 ut decipiat incautos *ex eis quae secuntur interpolatum seclusi* || 10 inbuitur *Ursinus* || 13 discerpunt *Maehly* || 15 ecce sacra *Halmius* || 18 coniugibus *Iac. Gronouius*: omnibus P || 19 sorororib. P | hominis P || 20 post multas aepulas P, *cum tamen* illic *spectet ad praecedens* epulas *nec hic* epulae *pro ferculis accipi possint; quod scripsi* multa pocula *commendat imitator Sulp. Seu. chron.* II 13, 7 | comuiuium caruit P || 21 in caecas libidines *Gronouius*: incaestae liuidinis (lib. *corr.*) P | carnis P || 24, 25 inprudentibus *scripsi*: inpudentibus P (*cf. oppositum* conscio) || 25 nexu se *Cornelissenus; sed* inu. *iunge cum* ten. || 26 sortis *corruptum*; puto Fortis uel *noctis* | *corpore* (c̄pore) *Hartelius*: oporae P opera ed. pr.

**conscientia tamen pariter incesti, quoniam uoto uni-
uersorum adpetitur quicquid accidere potest in actu
10 singulorum. multa praetereo consulto: nam et haec
nimis multa sunt, quae aut omnia aut pleraque om-
nino uera declarat ipsius prauae religionis obscuritas.
2 cur etenim occultare et abscondere quicquid illud co-
lunt magnopere nituntur, cum honesta semper publico
gaudeant, scelera secreta sint? cur nullas aras habent,
templa nulla, nulla nota simulacra? ..... numquam
palam loqui, numquam libere congregari, nisi illud,
quod colunt et interprimunt, aut puniendum est aut
3 pudendum? unde autem** uel **quis ille aut ubi deus
unicus solitarius destitutus, quem non gens libera,
non regna, non saltem Romana superstitio nouerunt?
4 Iudaeorum sola et misera gentilitas unum et ipsi
deum, sed palam, sed templis, aris, uictimis caeri-**
moniisque **coluerunt; cuius adeo nulla uis nec potestas
est,** ut **sit Romanis hominibus cum sua sibi natione
5 captiuus. at iam Christiani quanta monstra, quae**
portenta confingunt! deum illum suum, quem nec
ostendere possunt nec uidere, in omnium mores, actus
omnium, *omnium* uerba denique et occultas cogitationes
diligenter inquirere: discurrentem scilicet atque ubi-
que praesentem molestum illum uolunt, inquietum,
inpotenter etiam curiosum, siquidem adstat factis om-
nibus, locis omnibus intererrat, cum nec singulis in-

4, 5 omnino *scripsi:* omnium P *delet Halmius* ‖ 9 *lacunae signa posui; suppleuerim* cur numquam ..... audent (*post* congregari *Cellarius* sustinent, *Maehly* sunt uisi *addunt*) ‖ 11 colunt] celant *Usenerus* ‖ 15 *malim* Iudaei, quorum sola (= *desolata*) et m. g., unum ‖ 16, 17 cerimonisq. *ex* erimonisq. *corr.* P ‖ 18 hominibus *ed. pr.:* nominibus P numinibus *Wowerus* ‖ 19 at iam *Schefferus:* ad (at *corr.*) etiam P | quanta monstra *Dauisius:* quantā (u *corr. in* m) n̄rā P, *unde* mostra *commendat Usenerus* ‖ 22 omnium *addidi; aut semel* (omnium mores actus uerba) *aut ter ponendum erat* omnium; *cf.* § 2 nullas aras, templa nulla, nulla simulacra ‖ 25 inpotenter *scripsi:* inpudenter P *absone* inprudenter *de Rhoer*.

seruire possit per uniuersa districtus nec uniuersis
sufficere in singulis occupatus. quid? quod toto orbi **11**
et ipsi mundo cum sideribus suis minantur incendium,
ruinam moliuntur, quasi aut naturae diuinis legibus
constitutus aeternus ordo turbetur aut rupto elemen-
torum omnium foedere et caelesti conpage diuulsa
moles ista, qua *totum* continetur et cingitur, subrua-
tur. nec hac furiosa opinione contenti aniles fabulas 2
adstruunt et adnectunt: renasci se ferunt post mortem
etsi cineres et fauillas et nescio qua fiducia mendaciis
suis inuicem credunt: putes eos iam reuixisse. anceps 3
malum et gemina dementia, caelo et astris, quae sic
relinquimus ut inuenimus, interitum denuntiare, ho-
minibus [mortuis] extinctis, qui sicut nascimur et
interimus, aeternitatem repromittere! inde uidelicet [et] 4
execrantur rogos et damnant ignium sepulturas, quasi
non omne corpus, etsi flammis subtrahatur, annis
tamen et aetatibus in terra resoluatur, nec *nil* intersit,
utrum ferae diripiant an maria consumant an humus
contegat an flamma subducat, cum cadaueribus omnis
sepultura, si sentiunt, poena sit, si non sentiunt, pyra
conficiendi celeritate medicina. hoc errore decepti 5
beatam sibi ut bonis et perpetem uitam mortuis pol-
licentur, ceteris ut iniustis poenam sempiternam. multa
ad haec subpetunt, ni festinet oratio. iniustos ipsos
magis, iam docui, nec laboro. quamquam, etsi iustos

1 destrictus P ‖ 2 toti *Balduinus* ‖ 6 compagetụṛ P | diuulsa *Burmannus:* diuisa P ‖ 7 totum *addidi* (continemur et cingimur *Meursius; et difficillime* orbis et mundus *subiectum ex initio capitis hic adsumitur cogitatione*) ‖ 10 etsi (*uel* licet) *scripsi:* et P (e cinere et fauilla *Heumannus*) | fabillas P ‖ 13, 14 h̄ōīb; (= hominibus) *scripsi:* sibi P *interpolate redarguentibus illis* nascimur et interimus ‖ 14 mortuis *seclusit Usenerus* (mortuis et ext. *Ursinus* morte ext. *Heumannus*) ‖ 15 et *dittographum deleuit Usenerus* ‖ 18 terram P, *correxi* | nil *addidit Usenerus* (et intersit *Dauisius; ceterum cf. Petr. c.* 115 *fin.*) ‖ 21 pyra *scripsi:* ipsa P ignis ipsa *Dombartus* ‖ 23 baeatam P | mortui P ‖ 25, 26 ipsos *magis nec laboro* iam docui P, traieci.

darem, culpam tamen uel innocentiam fato tribui
assentior sententiis plurimorum. et haec uestra con-
6 sensio est; nam quicquid agimus, ut alii fato, ita uos
deo dicitis . . . .: sic sectae uestrae non spontaneos
7 cupere, sed electos. igitur iniquum iudicem fingitis,
qui sortem in hominibus puniat, non uoluntatem.
uellem tamen sciscitari, utrumne cum corporibus *an*
sine corporibus, et corporibus quibus, ipsisne an inno-
uatis, resurgátur? sine corpore? hoc, quod sciam, ne-
que mens neque anima nec uita est. ipso corpore?
sed iam ante dilapsum est. alio corpore? ergo homo
8 nouus nascitur, non prior ille reparatur. et tamen
tanta aetas abiit, saecula innumera fluxerunt: quis
unus ullus ab inferis uel Protesilai sorte remeauit,
horarum saltem permisso commeatu trium, ut exemplo
9 crederemus? omnia ista figmenta male sanae opinionis
et inepta solacia a poetis fallacibus in dulcedinem
carminis lusa a uobis nimium credulis in deum
12 uestrum turpiter reformata sunt. nec saltem de prae-
sentibus capitis experimentum, quam uos inritae sol-
licitationis cassa uota decipiant: quid post mortem
2 inpendeat, miseri, dum adhuc uiuitis, aestimate. ecce
pars uestrum, maior et melior, ut dicitis, egetis opere,
algetis, fame laboratis; et deus patitur, dissimulat,
non uult aut non potest opitulari suis: ita aut inua-
3 lidus aut iniquus est. tu, qui inmortalitatem postu-
mam somnias, cum quercera quateris, cum febribus

2 assentior *addidi* (noui *post* plurimorum *Vahlenus;* sententia pl. *Ursinus*, *porro* etiam uestra *Gelenius*) || 4 *post* dicitis *Usenerus lacunae signa posuit* || 7, 8 an sine corporibus *addidit Halmius* (utrum necne c. c. *Dombartus*) || 15 trium ut *scripsi:* uelud P uel ut *uulgo praue* (ut eius *Kochius;* trium *post* saltem *addi uoluit Dauisius*) || 17 dulcedine P, *corr. Wopkensius* || 18 nimirum P, *corr. Gelenius* || 19 salitem *ante rasuram* P || 20, 21 sollicitationis *scripsi* (*supra p.* XXV): pollicationis P pollicitationis *uulgo* || 23 maior et melior *Vahlenus*: et maior melior P | egetis algetis opere fame P, *traieci* || 26, 27 *num* post (pos) tumbam ? || 27 querquera *L. Carrio:* periculo P.

ureris, cum dolore laceraris, nondum condicionem
tuam sentis? nondum adgnoscis fragilitatem? inuitus,
miser, infirmitatis argueris nec fateris? sed omitto 4
communia. ecce uobis minae supplicia tormenta et
iam non adorandae sed subeundae cruces, ignes etiam
quos et praedicitis et timetis: ubi deus ille, qui sub-
uenire reuiuescentibus potest, uiuentibus non potest?
nonne Romani sine uestro deo imperant? regnant, 5
fruuntur orbe toto uestrique dominantur; uos uero
suspensi interim atque solliciti honestis uoluptatibus
abstinetis, non spectacula uisitis, non pompis interestis,
conuiuia publica absque uobis, sacra certamina, prae-
cerptos cibos et delibatos altaribus potus abhorretis.
sic reformidatis deos quos negatis. non floribus caput 6
nectitis, non corpus odoribus honestatis: reseruatis
unguenta funeribus, coronas etiam sepulcris denegatis,
pallidi, trepidi, misericordia digni — sed nostrorum
deorum! ita nec resurgitis miseri nec interim uiuitis.
proinde si quid sapientiae uobis aut uerecundiae est, 7
desinite caeli plagas et mundi fata et *terrae* secreta
rimari: satis est *quod est* pro pedibus aspicere maxime
indoctis inpolitis [rudibus] agrestibus, quibus non est
datum intellegere ciuilia, multo magis denegatum est
disserere diuina. quamquam si philosophandi libido **13**
est, Socraten, sapientiae principem, quisque uestrum
(tanti is est), si poterit, imitetur. eius uiri, quotiens
de caelestibus rogabatur, nota responsio est: quod
supra nos, nihil ad nos. merito ergo de oraculo testi- 2
monium meruit prudentiae singularis. quode oraculo
idem ipse persensit idcirco uniuersis *se* esse praeposi-

2 sentis *ex* senis *corr.* P | *malim* uictus miseriis inf. || 7 non *m. 1 s. l.* P || 14 capud P *m. 1* || 20 terrae *addidi lectt. lat.* 26 (saeculorum *Vonckius*) || 21 *malim* esto | quod est *add. Klussmannus* || 22 rudibus *seclusi* || 24 filosofandi P || 26 tanti is est *scripsi:* tantus est P ad amussim *I. I. Cornelissenus* | potuerit P, *corr. edd. ant.* || 29 quode oraculo *scripsi:* quod oraculum P || 30 persensit *Ouzelius:* praesensit P; *an* probe sensit *?* | se *addidit Wowerus.*

tum, non quod omnia comperisset, sed quod nihil se
scire didicisset: ita confessae inperitiae summa pru-
3 dentia est. hoc fonte defluxit Arcesilae nec multo post
Carneadis *et Pyrronis* et Academicorum plurimorum
in summis quaestionibus tuta dubitatio, quo genere
philosophari et caute indocti possunt et docti gloriose.
4 quid, Simonidis melici nonne admiranda omnibus et
sectanda cunctatio? qui Simonides cum de eo, quid
et quales arbitraretur deos, ab Hierone tyranno quae-
reretur, primo deliberationi diem petiit, postridie bi-
duum porro rogauit, mox alterum tantum admonitus
adiunxit. postremo cum causas tantae morae tyran-
nus inquireret, respondit ille, quod sibi quanto inqui-
sitio tardior pergeret, tanto ueritas fieret obscurior.
5 mea quoque opinione quae sunt dubia, ut sunt, re-
linquenda sunt, nec tot ac tantis uiris deliberantibus
temere et audaciter in alteram partem ferenda sen-
tentia est, ne aut anilis inducatur superstitio aut omnis
religio destruatur.'

14 Sic Caecilius et renidens (nam indignationis eius
tumorem effusae orationis impetus relaxauerat) 'ecquid
ad haec' ait 'audet Octauius, homo Plautinae prosa-
piae, ut disertorum praecipuus, ita postremus philo-
2 sophorum?' 'parce', inquam, 'tibimet plaudere; neque
enim prius exultare te dignum est concinnitate ser-
monis quam utrimque plenius fuerit peroratum, maxime
cum non laudi, set ueritati disceptatio uestra anni-
3 tatur. et quamquam magnum in modum me subtili

2 confessio *Heumannus* (*at interpretare: confessa inperitia summam in se habet prudentiam*) || 3 arcesile P | nec *Usenerus:* et P || 4 carneadis *ex* -tis *corr.* P | et Pyrronis *add. Vahlenus coll. c.* 38, 5 || 7 simonides melchi P || 8 Simonides *delet Wowerus* || 9 quereretur P || 10 petit posttridie P || 10, 11 biduum prorogauit P, *correxi* || 12 adiunxit] x *in ras. 3 ductuum* P || 20 renitens P || 21 ecquid *Ursinus:* et qui P || 23 disertorum *scripsi* (*supra p.* XXVI): pistorum P || 24 tibimet *scripsi:* in eum P || 27 laudis et P | annitatur *Halmius:* nitatur P (*quo seruato Kochius* seruire *ante* set).

uarietate tua delectarit oratio, tamen altius moueor,
non de praesenti actione, sed de toto genere disputandi, quod plerumque pro disserentium uiribus et
eloquentiae potestate etiam perspicuae ueritatis condicio mutetur. id accidere pernotum est auditorum 4
facilitate, qui dum uerborum lenocinio a rerum intentionibus auocantur, sine dilectu adsentiuntur dictis
omnibus nec a rectis falsa secernunt, nescientes inesse
et *in* incredibili uerum et in uerisimili mendacium.
itaque quo saepius adseuerantioribus credunt, eo fre- 5
quentius a peritioribus arguuntur: sic adnuendi temeritate decepti culpam iudicii transferunt ad incerti
querellam, ut damnatis omnibus malint uniuersa suspendere quam de fallacibus iudicare. igitur nobis pro- 6
uidendum est, ne odio itidem sermonum omnium laboremus; ita ut in execrationem et odium hominum
plerique simpliciores efferantur, dum incaute creduli
circumueniuntur ab iis quos bonos putauerunt, mox
errore consimili iam suspectis omnibus ut improbos
metuunt etiam quos optimos sentire potuerunt. nos 7
proinde solliciti, quod utrimque omni negotio disseratur et ex altera parte plerumque obscura sit ueritas,
ex altera mira subtilitas, quae nonnumquam ubertate
dicendi fidem confessae probationis imitetur, diligenter
quantum potest singula ponderemus, ut argutias quidem laudare, ea uero quae recta sunt eligere probare
suscipere possimus.'

6, 7 *puto* intentione || 7 dilectū P || 9 in *addidit Balduinus* | uerisimile P || 10 adseuerationibus P, *corr. Usenerus* || 11 adnuendi *scripsi:* adsidue P, *in quo iam Usenerus ex. gr.* adsentandi *requisiuit* || 12 iudicii *Wowerus:* iudicis P || 13 quaerellam P | omnibus] opinionibus *Lindnerus* sermonibus omnibus *Maehly; malim* orationibus | mallint P || 15 *puto* taedio | itidem *Maehly:* identidem P indidem *Dombartus* || 17 dum *scripsi:* nam P nam dum *Heumannus* || 18 ab his P || 21 in omni neg. *Ursinus* (omni in neg. *Halmius*) de omni neg. *I. I. Cornelissenus* || 22 ex altera *Ursinus:* ex altero latere P ex altera lateat Wowerus (blaterat *Kochius*); *an* ex altera late renideat subt.?

15 'Decedis' inquit Caecilius 'officio iudicis religiosi;
nam periniurium est uires te actionis meae inter-
gressu grauissimae disputationis infringere, cum Oc-
tauius integra et inlibata habeat singula, si potest,
2 refutare.' 'id quod criminaris,' inquam, 'in commune,
nisi fallor, conpendium protuli, ut examine scrupuloso
nostram sententiam non eloquentiae tumore, sed rerum
ipsarum soliditate libremus. nec auocanda, quod que-
reris, diutius intentio, cum toto silentio liceat respon-
sionem Ianuari nostri iam gestientis audire.'

16 Et Octauius: 'dicam equidem, ut potero, pro uiribus,
et adnitendum tibi mecum est, ut conuiciorum ama-
rissimam labem uerborum ueracium flumine diluamus.
nec dissimulabo principio ita Natalis mei errantem
uagam lubricam nutasse sententiam, ut sit nobis am-
bigendum, utrum uafritia turbata sit an uacillauerit
2 per errorem. nam interim deos credere, interim se
deliberare uariauit, ut propositionis incerto certior
responsionis nostrae intentio confunderetur. sed in
Natali meo uersutiam nolo noscere: credo, procul est
3 ab eius simplicitate subtilis urbanitas. quid igitur?
ut qui rectam uiam nescit, ubi, ut fit, in plures una
diffinditur, quam uiam instet haeret anxius nec singulas
audet eligere nec uniuersas probare: sic cui non est
ueri stabile iudicium, prout infida suspicio spargitur,
4 ita eius dubia opinio dissipatur. nullum itaque mira-

4 debeat *Wopkensius* ‖ 5 refutare *Heraldus:* reputare P ‖ 8 quaereris P ‖ 9 tuto silentio *Heumannus* | deceat *Dombartus* ‖ 11 ut potero *Wowerus*, pro uiribus *Heumannus delent; sed hoc ad ingenii, illud ad eloquentiae facultatem spectat, cf.* 14, 3 ‖ 12 conuiciorum *ex* comuitiorum P | amarissimorum *Maehly* ‖ 13 flumine *Meursius:* in lumine P ‖ 15 *puto* natasse ‖ 16 uafritia *Hauptius:* tua eruditio P ‖ 18 *puto* uarians ait (declarauit *Wopkensius*) ‖ 19 confunderetur *Usenerus:* fundaretur P (*quo retento* incertior *Ursinus*) ‖ 20 nolo noscere credo *scripsi* (*supra p.* XXVII): nolo non credo P ‖ 21 simplicitate *Gelenius:* subtilitate simplicitate P ‖ 22 fit *Gelenius:* sit P ‖ 23 diffunditur P, *corr. Gelenius* | quam *Vahlenus:* quia (a *erasa*) P | instet *scripsi:* nescit P ineat *Vahlenus* | heret P.

culum est, si Caecilius identidem in contrariis ac repugnantibus iactetur aestuet fluctuetur. quod ne fiat ulterius, conuincam et redarguam quae dicta sunt, quamuis diuersa sint: una ueritate confirmata probataque nec dubitandum ei de cetero est nec uagandum. et 5
quoniam meus frater erupit, aegre se ferre stomachari [indignari] dolere, inliteratos pauperes inperitos de rebus caelestibus disputare, sciat omnes homines, sine dilectu aetatis sexus dignitatis, rationis et sensus capaces et habiles procreatos nec fortuna nanctos, sed natura [insitos] esse sapientiam; quin ipsos etiam philosophos uel si qui alii artium repertores in memorias exierunt, priusquam sollertia mentis parerent nominis claritatem, habitos esse plebeios indoctos seminudos: adeo diuites facultatibus suis inligatos magis aurum suspicere consuesse quam caelum, prostratos pauperes et commentos esse prudenter et tradidisse ceteris disciplinas. unde apparet ingenium non dari facultatibus nec studio parari, sed cum ipsa mentis formatione generari. nihil itaque indignandum 6
uel dolendum, si quicumque de diuinis quaerat sententiam proferat, cum non disputantis auctoritas, sed disputationis ipsius ueritas requiratur. atque etiam, quo imperitior sermo, hoc inlustrior ratio est, quoniam non fucatur pompa facundiae et gratia, sed, ut est,

2 aestuet *Meursius:* aestu et P ‖ 3 comuincam P | redarguam. quamuis diuersa quae dicta sunt una ueritate confirmata prouataq. sint nec P, *correxi; apparet scribam a* sunt *ad* sint *aberrantem omisisse uerba* quamuis diuersa sint, *quae in margine addita falso in textum redierint* (quamuis sint diuersa quae dicta sunt *Iac. Gronouius*) ‖ 5 est] erit *Halmius* ‖ 6 stomacari P, *cuius interpretamentum* indignari *seclusi* ‖ 11 insitos *seclusi* ‖ 12 philosofos P | *malim* memoriam *coll. Lact.* I 22 res tamen in memoriam non exire; *saepius in hoc textu* s *et* m *lineolis scriptae confusae* ‖ 13 exerunt P *m. 1, unde* in memoriam se exeruerunt *Usenerus* ‖ 14 claritate P *m. 1* ‖ 16 prostratos *scripsi:* nostrates P ‖ 17, 18 prudenter — disciplinas *scripsi* (*supra p.* XXVIII): prudentiam — disciplinam P ‖ 21 sententiam *Hartelius:* sentiat P *quae sentiat Lindnerus* | 25 fugatur P | gratia *scripsi:* gratiae P.

17 recti regula sustinetur. nec recuso, quod Caecilius
adserere inter praecipua conisus est, hominem nosse
se et circumspicere debere, quid sit, unde sit, quare
sit; utrum elementis concretus an concinnatus atomis,
2 an potius a deo factus formatus animatus. quod ipsum
explorare et eruere sine uniuersitatis inquisitione non
possumus, cum ita cohaerentia conexa concatenata
cuncta sint, ut nisi diuinitatis rationem diligenter ex-
cusseris, nescias humanitatis, nec possis pulchre gerere
rem ciuilem, nisi cognoueris hanc communem omnis
mundi ciuitatem. cum a pecoribus et feris beluis hoc
differamus, quod illa prona in terramque uergentia
nihil nata sunt prospicere nisi pabulum, nos, quibus
uultus erectus, quibus suspectus in caelum datus est
et mens et ratio, per quae deum adgnoscimus senti-
mus initiamus, ignorare nec fas nec licet ingerentem
sese oculis et sensibus nostris caelestem claritatem;
3 sacrilegii enim uel maxime instar est, humi quaerere
quod in sublimi debeas inuenire. quo magis mihi
uidentur qui hunc mundi totius ornatum non diuina
ratione perfectum uolunt, sed frustis quibusdam temere
cohaerentibus conglobatum, mentem sensum oculos
4 denique ipsos non habere. quid enim potest esse tam
apertum, tam confessum tamque perspicuum, cum
oculos in caelum sustuleris et quae sunt infra circa-
que lustraueris, quam esse aliquod numen praestan-
tissimae mentis, quo omnis natura inspiretur moueatur
5 alatur gubernetur? caelum ipsum uide quam late ten-
ditur, quam rapide uoluitur, uel quod in noctem astris

4 aelementis — athomis P || 8 cuncta *addidit Kochius* || 10 omnis *scripsi:* omnium P (partium *post* mundi *addit Kochius*) || 11 ciuitatem, praecipue cum a feris beluis hoc diff. P *et uulgo, in qua scriptura neque nexum cum prioribus causalem agnosco neque uideo quomodo ad* feras beluas *spectare possit* illa prona; *unde quod supra legitur dedi* (pecoribus et *traiectum in* praecipue *mutatum est*) || 13 sunt *Heumannus:* sint P || 15 et mens *scripsi (supra p.* XXIX): sermo P || 16 initiamus scripsi: imitamur *P* || *18* maximi *ed. pr.* || 27 moueatur de glossemate suspectum.

distinguitur uel quod in diem sole lustratur: iam scies
quam sit in eo summi moderatoris mira et diuina
libratio. uide et annum ut solis ambitus faciat, et
mensem uide ut luna auctu senio labore circumagat.
quid tenebrarum et luminis dicam recursantes uices, 6*
ut sit nobis operis et quietis alterna reparatio? relin-
quenda uero astrologis prolixior de sideribus ratio, uel
quod regant cursum nauigandi uel quod arandi meten-
dique tempus indicant. quae singula non modo ut
crearentur fierent disponerentur, summi opificis et per-
fectae rationis eguerunt, uerum etiam sentiri perspici
intellegi sine summa sollertia et ratione non possunt.
quid, cum ordo temporum ac frugum stabili uarietate 7
distinguitur, nonne auctorem suum parentemque testa-
tur uer aeque cum suis floribus et aestas cum suis
messibus et autumni maturitas grata et hiberni oliuitas
necessaria? qui ordo facile turbaretur, nisi maxima
ratione consisteret. iam prouidentiae quantae, ne 8
hiemps sola glacie duraret aut sola aestas ardore tor-
reret, autumni et ueris inserere medium temperamen-
tum, ut per uestigia sua anni reuertentis occulti et
innoxii transitus laberentur. quicquid arborum est 9
uide quam e terrae uisceribus animatur. uide fontes:
manant uenis perennibus; fluuios intuere: eunt semper
exercitis lapsibus; mari intende: lege litoris stringitur; 10
aspice oceanum: refluit reciprocis aestibus. quid loquar

4 labore] *puto* in orbe ‖ 7 astrologis *m. 1 ex* astrolegis *corr.* P | ratio *Hartelius:* oratio P ‖ 9 indicant *P. Daniel:* inducant P ‖ 11 perspicis (s *alt. erasa*) P ‖ 13 ac] hac *ed. pr.*, *delet Usenerus* ‖ 16 hiberna P, *correxi coll. c.* 34, 11 ‖ 19 duraret *scripsi:* ureret P, urgeret *A. Kiesslingius* ‖ 22—27 transitus laberentur (*m. 2 ex* lauerentur *corr.*). mari intende — stringitur. quicquid arborum — animatur. aspice oceanum — aestibus. uide fontes — perennibus. fluuios — lapsibus P *turbis eo, ut puto, natis quod uerba* mari intende — stringitur. aspice oceanum — aestibus *aberrante librario a* lapsibus *ad* aestibus *omissa et in margine suppleta in textum male remigrarunt* (*parum probabiliter uerba* mari — stringitur pro interpolatione rhetorica *habet Matzius*).

apte disposita recta montium, uallium flexa, porrecta
camporum? quidue animantium loquar aduersus sese
tutelam multiformem: alias armatas cornibus alias
dentibus saeptas, et fundatas ungulis et spicatas aculeis,
aut pedum celeritate liberas aut elatione pinnarum?
11 ipsa praecipue formae nostrae pulchritudo deum fate-
tur artificem: status rigidus, uultus erectus, in summo
oculi uelut in specula constituti et omnes ceteri sensus
18 uelut in arce compositi. longum est ire per singula.
nihil in homine membrorum est, quod non et necessi-
tatis causa sit et decoris; et quod magis mirum est,
eadem figura omnibus, sed quaedam unicuique linia-
menta deflexa: sic et similes uniuersi uidemur et ite-
2 rum singuli dissimiles inuenimur. quid nascendi ratio?
[quid] cupido generandi nonne a deo data est, et ut
ubera partu maturescente lactescant et ut tener fetus
3 ubertate lactei roris adolescat? nec uniuersitati solum-
modo deus, sed et partibus consulit: Britannia sole
deficitur, sed circumfluentis maris tepore recreatur;
Aegypti siccitatem temperat Nilus amnis; Euphrates
colentes Mesopotamiam pro imbribus pensat; Indus
flumen et serere orientem dicitur et rigare. quomodo,
si ingressus aliquam domum omnia exculta disposita
4 ornata uideris, utique praeesse ei credes dominum et
illis bonis rebus multo esse meliorem: ita in hac
mundi domo cum caelum terramque *perlustrans* per-
spicias prouidentiam ordinem legem, crede esse uni-
uersitatis dominum parentemque ipsis sideribus et

1 erecta *Perizonius* | uallium *Dauisius:* collium P || 4 septas P || 7, 8 oculi in summo P, *traieci, ut* in summo *tam pertineat ad* in specula (*ad obseruandum*) *quam ad* in arce (*ad totum gubernandum*) || 8, 9 sensib; uelud P || 9 dispositi *Heumannus* || 13 iterum *scripsi:* inter se P || 15 quid *seclusit Usenerus* || 18 bryttania P || 20 colet eufrates mesopotamiam P, *correxi;* colet *delet male Bursianus* || 22 quomodo *scripsi coll. Cic. d. n. d.* II 5, 15: quod P || 24 uideris — credes *scripsi:* uidisses — crederes P, *quod per se intolerabile refutat plane Cicero l. l.* || 26 perlustrans *addidit Vahlenus* || 28 siderebus P *m.* 1.

totius mundi partibus pulchriorem; ni forte, quoniam 5
de prouidentia nulla dubitatio est, inquirendum putas,
utrum unius imperio an arbitrio plurimorum caeleste
regnum gubernetur; quod ipsum non est multi laboris
aperire cogitanti imperia terrena, quibus exempla uti-
que de caelo. quando umquam regni societas aut cum 6
fide coepit aut sine cruore desiit? omitto Persas de
equorum hinnitu augurantes principatum, et Thebano-
rum fratrum mentitam fabulam transeo. *ob pastorum
et casae regnum de geminis * memoria notissima est.
generi et soceri bella toto orbe diffusa sunt, et tam
magni imperii fortuna duos non cepit. uide cetera: 7
rex unus apibus, dux unus in gregibus, in armentis
rector unus. tu in caelo summam potestatem diuidi
credas et scindi ueri illius ac diuini imperii totam
maiestatem? . . . cum palam sit parentem omnium
deum nec principium habere nec terminum, qui nati-
uitatem omnibus praestet, sibi perpetuitatem, qui ante
mundum fuerit sibi ipse pro mundo: qui uniuersa,
quaecumque sunt, uerbo iubet, ratione dispensat, uir-
tute consummat. hic non uideri potest: uisu clarior 8
est; nec conprendi [potest]: *tactu purior est*; nec aesti-

3 plurium *Guil. Meyerus, recte puto* ‖ 5 a quibus *Halmius; sed terrena imperia esse constituta a deo ad exemplum diuini imperii, et per se est tolerabile et confirmatur ab Athenagora c.* 18 ‖ 7 desiit *Ursinus:* discessit P; *cf. Cypriani c.* 5, 2 ‖ 8, 9 Thebanorum frm̄ mentitam (*Stat. Th.* X 876) *scripsi:* thebanorum permortuam P Th. par mortuam *Meursius* Th. fratrum intermortuam *Vahlenus; sed neque* mortuam *neque* intermortuam *aptum* ‖ 9, 10 *in uerbis desperatis* transeo pastorum ex casa regnum, nam de geminis *Usenerus*, ob pastorum et casae [*potius* casarum] regnum caesum unum de geminis *Dombartus*, pastorum et casae et ob regnum degeneris gemini *ego lusimus* ‖ 12 duos fortuna P, *traiecit Heumannus* ‖ 16 maiestatem *Iac. Gronouius*: potestatem P, *quod ex priore ortum apparet; sed dubito an non huius erroris correctio adsit in illo* ac (= al.) diuini *post* ueri *superfluo, ut sit restituendum* ueri illius imperii totam diuinitatem | *lacunae signa posuit Dombartus* ‖ 22 *glossemate* potest *depulsa esse uerba quae in* P *desunt* tactu purior est a Cypriano c. 6, 6 *suppeditata, intellexerunt Canterus* et Ursinus.

mari: sensibus maior est, infinitus, inmensus et soli
sibi tantus, quantus est, notus. nobis uero ad intel-
lectum pectus angustum est, et ideo sic eum digne
9 aestimamus, dum inaestimabilem dicimus. eloquar
quemadmodum sentio: magnitudinem dei qui se putat
nosse, minuit; qui non uult minuere, non nouit. nec
10 nomen deo quaeras: deus nomen est. illic uocabulis
opus est, cum per singulos propriis appellationum in-
signibus multitudo dirimenda est: deo, qui solus est,
dei uocabulum totum est. quem si patrem dixero,
carnalem opineris, si regem, terrenum suspiceris, si
dominum, intellegas utique mortalem. aufer addita-
11 menta nominum et perspicies eius claritatem. quid
quod omnium de isto habeo consensum? audi uulgus:
cum ad caelum manus tendunt, nihil aliud quam 'o
deus' dicunt et 'deus magnus est' et 'deus uerus est'
et 'si deus dederit'. uulgi iste naturalis sermo est an
Christiani confitentis oratio? et qui Iouem principem
uolunt, falluntur in nomine, sed de una potestate con-
19 sentiunt. audi poetas quoque unum patrem diuum
atque hominum praedicantes, et talem esse mortalium
2 mentem qualem parens omnium diem induxerit. quid
Mantuanus Maro? nonne apertius proximius uerius
p r i n c i p i o a i t c a e l u m a c t e r r a s et cetera mundi
membra s p i r i t u s i n t u s a l i t et i n f u s a m e n s a g i-
t a t, i n d e h o m i n u m p e c u d u m q u e g e n u s et quic-
quid aliud animalium? idem alio loco mentem istam
et spiritum deum nominat. haec eius uerba sunt:

2 uero *ex* uerbo *corr.* P ‖ 7 *malim* nomen est sibi ‖ 11 carnalem — terrenum *Wopkensius:* terrenum — carnalem P ‖ 12 intellegis P, *corr. I. I. Cornelissenus* ‖ 14 omnium] *malim* communem | de histo (h *erasa*) P; *an* de h· (= hoc) ipso *?* | audi *Vonckius:* audio P ‖ 15, 16 o deus *scripsi ex Cypriani c.* 5, 8: deum P ‖ 16 dm̄ uerus *corr. in* dñs uerus (*pro* dš uerus) P ‖ 17 iste — an] *malim* idem — ac *sublato interrogandi signo* ‖ 20 audi *Ursinus:* audio P ‖ 22 induxerit *Dauisius:* duxerit P ‖ 23 Maro *de glossemate suspectum Cornelisseno* ‖ 24 *cf. Aen.* VI 724 *sqq.* ‖ 28 eius uerba *Ursinus:* enim uera P (eĩ *pro* ei') *cf.*

deum namque ire per omnes
terrasque tractusque maris caelumque profundum.
[unde homines et pecudes, unde imber et ignes.]

quid aliud et a nobis deus quam mens et ratio et 3
spiritus praedicatur? recenseamus, si placet, disciplinas
philosophorum: deprehendes eos, etsi sermonibus uarios,
ipsis tamen rebus in hanc unam coire et conspirare
sententiam. omitto illos rudes et ueteres, qui 4
de solis dictis sapientes esse meruerunt. sit Thales
Milesius omnium primus, qui primus omnium de caelestibus
disputauit. is autem Milesius Thales rerum
initium aquam dixit, deum autem eam mentem quae
ex aqua cuncta formauerit [eo altior et sublimior
aquae et spiritus ratio, quam ut ab homine poterit
inueniri, a deo traditum]: uides philosophi principalis
nobiscum penitus opinionem consonare. Anaximenes 5
deinceps et post Apolloniates Diogenes aera deum
statuunt infinitum et inmensum: horum quoque similis
de diuinitate consensio est. Anaxagorae rerum di- 6
scriptio et motus, infinitae mentis *opus*, deus dicitur;
et Pythagorae deus est animus per uniuersam rerum
naturam commeans et intentus, ex quo etiam animalium
omnium uita capiatur. Xenophanen notum 7
est omne infinitum cum mente deum tradere, et Antisthenen
populares deos multos, sed naturalem unum

ad c. 32, 8 || 1 *cf. Georg.* IV 221 *sq.* || 4 *pessime conflatum ex Aen.* I 743 *et Georg.* IV 223 *neque hilum ad rem pertinentem seclusi* || 5 a] ad *ante ras.* P || 6 disciplinam P, *corr. Heumannus* || 7 uariis P, *corr. Halmius* || 10 solis *scripsi:* suis P singulis *Usenerus* || 12 disputabit P *m. 1* | is autem *Vahlenus:* isdem P; *an* is enim *?* | Milesius Thales *delet Elmenhorstius* || 14—16 eo [= eho, *ut uidit Rigaltius*] altior — deo traditum *lectoris christiani emblema agnouit I. Fr. Gronouius* || 16 filosophi P || 17 anaxamenes P || 20 rerum *Buherius:* uero P | discriptio *Usenerus:* descriptio P || 21 motus *Meursius:* modus P | opus deus *scripsi:* deus P, *quod ipsum in* opus *mutat Buherius* || 24 capitatur P | xeonfanen P || 25 antistenen P.

praecipuum, Speusippum uim [naturalem] animalem,
8 qua omnia regantur, deum nosse. quid? Democritus,
quamuis atomorum primus inuentor, nonne plerumque
naturam quae imagines fundat et intellegentiam deum
loquitur? Straton quoque et ipse naturam? etiam
Epicurus ille, qui deos aut otiosos fingit aut nullos,
9 naturam tamen superponit. Aristoteles uariat et adsignat tamen unam potestatem; nam interim mentem,
mundum interim deum dicit, interim mundo deum
praeficit. Heraclides Ponticus quoque eidem diuinam
10 mentem quamuis uarie adscribit. Theophrastus etiam
uariat, alias mundo, alias menti diuinae tribuens principatum. Zenon et Chrysippus et Cleanthes sunt et
ipsi multiformes, sed ad unitatem prouidentiae omnes
reuoluuntur. Cleanthes enim mentem modo atque animum, modo aethera, plerumque rationem deum disserit.
Zenon, eiusdem magister, naturalem legem diuinam et
aethera interim interdumque rationem uult omnium
esse principium; idem interpretando Iunonem aera,
Iouem caelum, Neptunum mare, ignem esse Vulcanum
et ceteros similiter uulgi deos elementa esse monstrando publicum arguit grauiter et reuincit errorem.
11 eadem fere Chrysippus: uim diuinam rationalem naturam et mundum, interim et fatalem necessitatem

1 zeuxippus P, *corr. Gelenius* | naturalem *dittographum deleuit Dauisius* || 2 nosse; *num* posuisse *?* || 3 athomorum P *m. 2* | 4 *suppleuerim ex Cic. d. n. d.* I § 29: fundat et ⟨imagines ipsas et nostram⟩ intellegentiam || 8 uni *Wopkensius* uni summam *Maehly* || 10 *post* praeficit *addit* P: aristoles ponticus uariat alias mundo alias menti diuinae tribuens principatum, *quae abiecto illo* aristoles ponticus *in lin.* 12 *post* Theophrastus etiam *transposuit C. Roeren* | eidem (*scil. mundo*) *scripsi:* de deo P mundo *Sauppius* || 11 theofrastus et zenon P; *cf. ad l.* 10; etiam *pro* et *Vahlenus* || 13 crysippus P, *ut et postea* || 15 mentem modo animum P, *quod secundum Cic. d. n. d.* I § 37 *sanaui inserendo* atque, *quod* P *falso in lin.* 17 *exhibet* || 16 disseruit P, *corr. Dauisius* || 17 naturalem legem atque diuinam P, *ex quibus* atque *remoui in lin.* 15 (*cf. Cic. l. l.* § 36).

deum credit Zenonemque interpretatione physiologica
in Hesiodi, Homeri Orpheique carminibus imitatur.
Babylonio etiam Diogeni disciplina est exponendi 12
eadem, disserenti Iouis partum et ortum Mineruae et
hoc genus cetera rerum uocabula esse, non deorum.
nam Socraticus Xenophon formam dei uere negat 13
uideri posse et ideo quaeri non oportere, Aristo Stoicus
comprehendi omnino non posse: uterque maiestatem
dei intellegendi desperatione senserunt. Platoni aper-
tior de deo et rebus ipsis et nominibus oratio est et
quae tota esset caelestis, nisi persuasionis ciuilis non-
numquam admixtione sordesceret. Platoni itaque in 14
Timaeo deus est ipso suo numine mundi parens, arti-
fex animae, caelestium terrenorumque fabricator, quem
et inuenire difficile prae nimia et incredibili potestate
et, cum inueneris, in publicum dicere inpossibile prae-
fatur. eadem fere sunt ista, quae nostra sunt; nam 15
et deum nouimus et parentem omnium dicimus et
numquam publice nisi interrogati praedicamus. exposui 20
opiniones omnium ferme philosophorum, quibus in-
lustrior gloria est, deum unum multis licet designan-
tium nominibus, ut quiuis arbitretur, aut nunc Chri-
stianos philosophos esse aut philosophos fuisse iam
tunc Christianos. quod si prouidentia mundus regitur 2
et unius dei nutu gubernatur, non nos debet antiquitas

1 physiologica *Bursianus:* physo≡sogiae *corr. in* phylologiae P || 2 aesiodi homeri orfeique P || 3, 4 est exponendi eadem disserenti *scripsi:* est exponendi et disserendi P eadem est exponenti et disserenti *Halmius* || 5 cetera *Rigaltius:* ceterarum P || 6 nam] iam *Halmius* | xenofon P | uere *W. H. Kramerus:* ueri P || 7 aristo stonicus P, *corr. ed. pr.* (Ariston *mauolt Halmius*); Aristo Chius *Gelenius* || 8 compraehendi P | magistatem P || 13 ipso suo *ex* ipsuo *corr.* P | numine *scripsi:* nomine P || 15 inueniris P *m. 1* inuenires *m. 2* || 17 fere sunt ista *Halmius:* fere et ista P; *equidem malim* fere et ista, quae nos tradimus, sunt || 20 opiones o. f. filosophorum P || 21 designantium *scripsi:* designasse P; *an* designantes? || 22 quiuis] quis *I. I. Cornelissenus* || 23 filosophos *bis* P, *ut et p.* 30, 2.

in poetarum fabellis suis delectata uel capta ad erro-
rum de multis diis rapere consensum, cum philoso-
phorum suorum sententiis refellatur, quibus et rationis
3 et uetustatis adsistit auctoritas. maioribus enim nostris
tam facilis in mendaciis fides fuit, ut temere credide-
rint et animalia monstruosa, mera miracula: Scyllam
multiplicem, Chimaeram multiformem et Hydram feli-
cibus uulneribus renascentem et Centauros equos suis
hominibus inplexos; et quicquid famae licet fingere,
4 illis erat libenter audire. quid illas aniles fabulas, de
hominibus aues et feras *factas esse, stellas et lapides*,
arbores atque flores? quae si essent facta, fierent;
5 quia fieri non possunt, ideo nec facta sunt. similiter
uero heroas ac deos quoque maiores nostri inprouide
creduli, set rudi simplicitate crediderunt: dum reges
suos colunt religiose, dum defunctos eos desiderant in
imaginibus uidere, dum gestiunt eorum memorias in
statuis detinere, sacra facta sunt quae fuerant ad-
6 sumpta solacia. denique et antequam commerciis orbis
pateret et antequam gentes ritus suos moresque misce-
rent, unaquaeque natio conditorem suum aut ducem
inclytum aut reginam pudicam sexuue suo fortiorem
aut alicuius muneris uel artis repertorem uenerabatur
aut ciuem bonae memoriae: sic et defunctis praemium
21 et futuris dabatur exemplum. lege historicorum scripta

1 in poetarum *scripsi:* inperitorum P ‖ 1, 2 ad errorem mutui rapere consensus P, *correxi* (*supra p.* XXX) ‖ 5, 6 crediderint etiam alia monstruosa P etiam talia *Vonckius* etiam animalia *Cornelissenus, nos* et āīalia *fecimus ex* etiāalia (et = *etiam*) ‖ 6 mera *Oehlerus:* mira P, *delet ed. pr.* ‖ 7 chimeram P | feralibus *Usenerus* fertilibus *Maehly* ‖ 11 factas esse stellas et lapides *scripsi* (*supra l. l.*)*:* homines et de hominibus P *ex glossa* ‖ 13 non *m. 1 s. l.* P ‖ 14 uero heroas ac deos *scripsi:* ac uero erga deos P | inprouidi P, *corr. Heumannus* ‖ 15 creduli s; (= set) *scripsi:* credulis (s *erasa*) P (*nunc quoque homines inprouide creduli, sed et politi et turpioribus de causis*) ‖ 18 *malim* retinere ‖ 22 sexuue *Heumannus:* sexu P ‖ 24 aut ciuem *Usenerus:* ut ciuem P; *an* ut ciues ? ‖ 25 historicorum *P. Daniel et Ursinus:* stoicorum P.

uel scripta sapientium: eadem mecum recognosces.
ob merita uirtutis aut muneris deos habitos Euheme-
rus exsequitur et eorum natales patrias sepulcra dinu-
merat et per prouincias monstrat, Dictaei Iouis et
Apollinis Delphici et Phariae Isidis et Cereris Eleu-
siniae. Prodicus adsumpta in deos loquitur, quae [er- 2
rando inuentis nouis frugibus] utilitati hominum pro-
fuerunt. in eandem sententiam et Persaeus philoso-
phatur: dici adnectit inuentas fruges et frugum ipsarum
repertores isdem nominibus, ut comicus sermo est,
Venerem sine Libero et Cerere frigere. Alexander ille 3
magnus Macedo insigni uolumine ad matrem suam
scripsit, metu suae potestatis proditum sibi de diis
hominibus a sacerdote secretum: illic Vulcanum facit
omnium principem, et postea Iouis gentem. Saturnum 4
enim principem huius generis et examinis omnes
scriptores uetustatis Graeci Romanique hominem pro-
diderunt. scit hoc Nepos et Cassius in historia; et
Thallus ac Diodorus hoc loquuntur. is itaque Saturnus 5
Creta profugus Italiam metu filii saeuientis accesserat
et Iani susceptus hospitio rudes illos homines et agre-
stes multa docuit ut Graeculus et politus, litteras
inprimere, nummos signare, instrumenta conficere. ita- 6
que latebram suam, quod tuto latuisset, uocari maluit
Latium, et urbem Saturniam idem de suo nomine et

2 Euhemerus *Gelenius:* erueret P ‖ 4 dicta ei iouis (ei *in* et *corr.*) P ‖ 5 delfices fariae (*in* delfi et pariae *corr. m. 2*) P, *corr. ed. pr.* ‖ 6 prodigus P, *corr. Rigaltius* | adsumpta — quae *scripsi* (*supra p.* XXXII): adsumptos — qui P ‖ 6, 7 errando i. n. frugibus *ut glossema ad* Cereris Eleusiniae *adscriptum seclusi* ‖ 8, 9 perseus filosofatur P ‖ 9 dici *scripsi:* et ≡ (et *ex* ec *corr.*) P; dici *post* isdem *addit Usenerus,* audisse *ibidem Maehly* ‖ 14 illic *Rigaltius:* illi P ‖ 15 *post* gentem *in* P *secuntur* et despicis isidis ad hirundinem (*p.* 33, 1) *usque ad* cum sit ueritas obuia sed requirentibus (*p.* 36, 8), *quae hinc remota suo loco reddidit Lindnerus; ceterum uereor ne post* gentem *aliquot uocabula perierint* (enim *quo referatur non habet*), *ueluti:* rerum potitam esse, dissentiens a ceteris auctoribus ‖ 18 et (*alterum*) *delere uolt Halmius* ‖ 25 idem *Usenerus:* dedit P indito *Dombartus.*

Ianiculum Ianus, ad memoriam uterque posteritatis,
7 reliquerunt. homo igitur utique qui fugit, homo utique qui latuit, et pater hominis et natus ex homine; Terrae enim uel Caeli filius, quod apud Italos esset ignotis parentibus proditus *uel repentino aduenisset, est dictus*; ut in hodiernum inopinato uisos caelo missos,
8 ignobiles et ignotos terrae filios nominamus. eius filius Iuppiter Cretae excluso parente regnauit, illic obiit, illic filios habuit: adhuc antrum Iouis uisitur et sepulcrum eius ostenditur, et ipsis sacris suis huma-
9 nitatis arguitur. otiosum est ire per singulos et totam seriem generis istius explicare, cum in primis parentibus probata mortalitas in ceteros ipso ordine successionis influxerit, nisi forte post mortem deos fingitis, ut perierante Proculo deus Romulus et Iuba Mauris uolentibus deus est et diui ceteri reges, qui consecrantur non ad fidem numinis, sed ad honorem emeritae
10 potestatis. inuitis his denique hoc nomen adscribitur: optant in homine perseuerare, fieri se deos metuunt, etsi iam senes nolunt. ergo nec de mortuis dii, quoniam deus mori non potest, nec dii nati sunt, quoniam moritur omne quod nascitur; diuinum autem id est,
11 quod nec ortum habet nec occasum. cur enim, si nati sunt, non hodieque nascuntur? nisi forte iam Iuppiter senuit et partus in Iunone defecit et Minerua canuit antequam peperit. an ideo cessauit ista generatio, quoniam nulla huiusmodi fabulis praebetur adsensio?
12 ceterum si dii creare possent, interire non possent, plures totis hominibus deos haberemus, ut iam eos nec caelum contineret nec aer caperet nec terra gestaret. unde manifestum est homines illos fuisse, quos

4 uel] et *ed. pr.* ‖ 5, 6 uel repentino aduenisset est dictus *addidi* (*supra p.* XXXII) ‖ 8 craete P ‖ 15 ut *Meursius:* et P | iuua P ‖ 21 potest *Wowerus:* posset P | nec dii nati s̄ (= sunt) *scripsi:* nec de natis P ‖ 27 quoniam] *malim* quod iam ‖ *28* creare possint P, *corr. Gelenius, nisi quod* creari *maluit* ‖ *30 aera P.*

et natos legimus et mortuos scimus. [et despicis Isidis
ad hirundinem, sistrum, et adsparsis membris inanem
tui Serapidis siue Osiris tumulum.] considera denique 22
sacra ipsa et ipsa mysteria: inuenies exitus tristes,
fata et funera et luctus atque planctus miserorum
deorum. Isis perditum filium cum Cynocephalo suo
et caluis sacerdotibus luget plangit anquirit, et Isiaci
miseri caedunt pectora et dolorem infelicissimae matris
imitantur: mox inuento paruulo gaudet Isis, exultant
sacerdotes, Cynocephalus inuentor gloriatur, nec de-
sinunt annis omnibus uel perdere quod inueniunt uel
inuenire quod perdunt. nonne ridiculum est uel lugere 2
quod colas uel colere quod lugeas? haec tamen
Aegyptia quondam sacra nunc et Romana sunt. Ceres
facibus accensis et serpente currui iuncta Erebo sub-
reptam et corruptam Liberam anxia et sollicita uesti-
gat: haec sunt Eleusinia. et quae Iouis sacra sunt? 3
nutrix capella est et auido patri subtrahitur infans,
ne uoretur, et Corybantum cymbalis, ne pater audiat
uagitus, tinitus eliditur. Cybelae Dindyma pudet dicere, 4
quae adulterum suum infeliciter placitum, quoniam
ipsa et deformis et uetula, ut multorum deorum mater,
ad stuprum inlicere non poterat, exsecuit, ut deum
scilicet faceret et eunuchum. propter hanc fabulam
eam et Galli semiuiri sui corporis supplicio colunt.

1—3 *uerba* et despicis Isidis — Osiris tumulum *fragmentum esse puto additamenti, quod lector christianus in summa margine ex alio scriptore ad sequentem de Iside narrationem adiecerat* (*genuina fortasse forma haec erat:* .... Isidis ad hirundinem et de spicis sistrum et ad sparsis membris inanem siue S. siue O. tumulum) ‖ 6 cynecefalo P, *ut et postea* ‖ 7 anquirit *Halmius:* inquirit P ‖ 14 quondam nunc et sacra romana P, *traieci* ‖ 15 serpente currui iuncta (ab) Erebo *scripsi in Fleckeis. ann.* 1872 *p.* 632: serpente circumdata errore P (circumlata *ed. pr.*) ‖ 20 tinitus *ego* (tinnitus *Gelenius*)*:* initus P | cybele P ‖ 22 ipsa et *Heumannus:* et ipsa P ‖ 24 faceret et eunuchum P *ita ut erasum sit* et, *quod* (= etiam) *hic minime incommodum* ‖ 25 eam et Galli (*siue* et Galli eam) scripsi: Galli eam et P et *delet Heumannus.*

5 **haec iam non sunt sacra, tormenta sunt. quid? formae
ipsae et habitus nonne arguunt ludibria et dedecora
deorum uestrorum? Vulcanus claudus deus et debilis,
Apollo tot aetatibus leuis, Aesculapius bene barbatus,
etsi semper adulescentis Apollinis filius, Neptunus
glaucis oculis, Minerua caesiis, bubulis Iuno, pedibus
Mercurius alatis, Pan ungulatis, Saturnus compeditis.
Ianus uero frontes duas gestat, quasi et auersus in-
terim incedat. Diana uenatrix est alte succincta et
Ephesia mammis multis et uberibus exstructa et Triuia**
6 **trinis capitibus et multis manibus horrifica. quid ipse
Iuppiter uester? modo inberbis statuitur, modo bar-
batus; et cum Hammon locatur, habet cornua, et cum
Capitolinus, tunc gerit fulmina, et cum Latiaris, cruore
perfunditur, et cum Feretrius, corona induitur. et ne
longius multos Ioues obeam, tot sunt Iouis monstra**
7 **quot nomina. Erigone suspensa de laqueo est, ut uirgo
inter astra agnita sit, Castores alternis moriuntur ut
uiuant, Aesculapius ut in deum surgat fulminatur,**

2 decora P, *corr. Gelenius* ‖ 3 *glossemate* claudus deus *eiecto malim* pede debilis (deus *solum eicit Wowerus*) ‖ 8, 9 auersus incedat. Diana interim est alte succincta uenatrix et ephesia P; *in sua loca reieci importuna nunc uocabula* interim *et* uenatrix (et aduersus et auersus incedat *Kochius*) ‖ 10 uberibus *Ursinus:* ueribus P | tribia P ‖ 12 inbarbis *ex* -uis *corr.* P ‖ 12, 13 modo barbatus locatur. et cum hammon dicitur habet P; locatur (*quod delet Heumannus*) *correcturam habeo illius falso scripti* dicitur, *quod absonum est* (cum Hammon dicitur, gerit fulmina!) ‖ 15 corona induitur *temptaui:* non auditur P opimis induitur *I. Fr. Gronouius; ceterae coniecturae aut absonae aut Iouis Feretrii in statua speciem neglegunt* ‖ 15, 16 *malim* ne longius [multos Ioues] abeam (obeam *sine addito* sermone *uel* oratione *obscurum*) ‖ 16 Iouis *delet Sauppius* ‖ 17 quod P | *post* nomina *aberrante librario a* nomina *ad* numina *intercidisse puto uerba a Cypriano* 1, 3 *suppeditata:* et uideamus an sit et haec apud singulos ueritas. Melicertes et Leucothea praecipitantur in maria et fiunt postmodum maris numina ‖ 18 agnita *scripsi:* ignata P ignita *uulgo otiosissimo epitheto; sequitur Min. eam fabulae formam, qua Bacchus* corrupit Erigonen (*Ouid. met.* VI 125).

Hercules ut hominem exuat Oetaeis ignibus concre-
matur. has fabulas et errores et ab inperitis parenti- 23
bus discimus et, quod est grauius, ipsi studiis et
disciplinis elaboramus, carminibus praecipue poetarum,
qui plurimum quantum ueritati ipsi sua auctoritate
nocuerunt. et Plato ideo praeclare Homerum illum 2
inclytum laudatum et coronatum de ciuitate, quam in
sermone instituebat, eiecit. hic enim praecipuus bello 3
Troico deos uestros, etsi ludos facit, tamen [in] ho-
minum rebus et actibus miscuit, hic eorum paria com-
posuit, sauciauit Venerem, Martem uinxit uulnerauit
fugauit. Iouem narrat Briareo liberatum, ne a diis 4
ceteris ligaretur, et Sarpedonem filium, quoniam morti
non poterat eripere, cruentis imbribus fleuisse et loro
Veneris inlectum flagrantius quam in adulteras soleat
cum Iunone uxore concumbere. alibi Hercules stercora 5
egerit et Apollo Admeto pecus pascit. Laomedonti
uero muros Neptunus constituit, nec mercedem operis
infelix structor accipit. illic *Vulcanus* Iouis fulmen sub 6
Aetnae antris in incude fabricatur, cum caelum et ful-
mina et fulgura longe ante fuerint, quam Iuppiter in
Creta nasceretur, et flammas ueri fulminis nec Cyclops
potuerit imitari nec ipse Iuppiter non uereri. quid 7

1 Oetaeis] henneis P || 3 ipsis studiis P, *corr. Meursius* || 5 ipsa sua *Heraldus* || 7, 8 in sermone *glossema uidetur: aut* quam instituebat *aut* quam in dialogo (*siue* ratione) instituit *expecto* || 9 in *seclusit Usenerus* (*an* inmiscuit h. r. e. a., hic *?*) || 11 Martem *ed. pr.:* matrem P || 14 fleuisse *Gelenius:* fleuit P | loro *Heraldus:* thoro P || 16 alibi] *num* Augei (*quae forma est usitatior*)*? certe mirum est ad unum hoc Herculis exemplum ab Homero alienum praemisso* alibi *adiungi alia apud hunc extantia: uidetur docta lectoris antiqui adnotatio esse et depulisse recepta id quod Admetus et Laomedon sequentes requirunt* (Augeae *ante* egerit *inserit I. I. Cornelissenus*) || 18 constituit *scripsi:* instituit P instruit *Heusingerus* || 19 accepit P, *corr. Gelenius* | Vulcanus *addidit Ursinus; nisi forte sub* illic *latet* | sub Aetnae antris *scripsi:* cum aeneae armis P *ex importuna librarii recordatione, cum de uno* Ioue agatur in sequentibus || *22 cyclobs* P.

loquar Martis et Veneris adulterium deprehensum et
in Ganymede Iouis stuprum caelo consecratum? quae
omnia in hoc prodita, ut uitiis hominum quaedam
8 auctoritas pararetur. his atque huiusmodi figmentis
et mendaciis dulcioribus corrumpuntur ingenia puero-
rum et isdem fabulis inhaerentibus adusque summum
aetatis robur adolescunt et in isdem opinionibus miseri
consenescunt, cum sit ueritas obuia, sed requirentibus.
9 quis ergo dubitat, deorum imagines consecratas uulgus
orare et publice colere, dum opinio et mens imperi-
torum artis concinnitate decipitur, auri fulgore prae-
stringitur, argenti nitore et candore eboris hebetatur?
10 quodsi in animum quis inducat, tormentis quibus et
quibus machinis simulacrum omne formetur, erubescet
timere se materiem ab artifice, ut deum faceret, in-
11 lisam. deus enim ligneus, rogi fortasse uel infelicis
stipitis portio, suspenditur [caeditur] dolatur runcina-
12 tur; et deus aereus uel argenteus de immundo uasculo,
ut accepimus factum Aegyptio regi, conflatur, tunditur
malleis et *in* incudibus figuratur; et lapideus *deus*
caeditur, scalpitur et ab impurato homine leuigatur
nec sentit suae natiuitatis iniuriam, ita ut nec postea
de uestra ueneratione culturam. nisi forte nondum
deus saxum est uel lignum uel argentum. quando
13 igitur hic nascitur? ecce funditur fabricatur sculpitur:
nondum deus est; ecce plumbatur construitur erigitur:
nec adhuc deus est; ecce ornatur consecratur oratur:
tunc postremo deus est, cum homo illum uoluit et
24 dedicauit. quam acute uero de diis uestris animalia

2 ganimeden **P**, *corr. Kochius* ‖ 3 ut ui≡≡tiis **P** ‖ 4 hiis **P** ‖ 6 summum *I. I. Cornelissenus:* summae **P** ‖ 9 dōrum (= deorum) *scripsi:* horum **P** hominum *Halmius* ‖ 14 ≡ erubescet t. se materiē ≡ (ē *in ras.*) **P** ‖ 15, 16 inlusam **P**, *correxi* | lingeus **P** ‖ 17 caeditur *eius quod sequitur* dolatur *interpretamentum seclusi* ‖ 18 ereus **P** ‖ 19 accepimus *Vonckius:* saepius **P** ‖ 20 in *addidit Meursius* | deus *addidit Vahlenus* ‖ 24 *malim* deus est saxum *uel* ‖ 28 uouit *Meursius* coluit *Dauisius*; fortasse posuit ‖ 29 quam *acute uero scripsi:* quanta uero **P** quanto uerius *Ursinus*.

muta naturaliter iudicant! mures hirundines milui non
sentire eos sciunt: rodunt inculcant insident ac, nisi
abigatis, in ipso dei uestri ore nidificant; araneae uero
faciem eius intexunt et de ipso capite sua fila suspen-
dunt. uos tergetis mundatis eraditis et illos, quos 2
facitis et protegitis, timetis, dum unusquisque uestrum
non cogitat prius se debere deum nosse quam colere,
dum inconsulte gestiunt parentibus oboedire, dum fieri
malunt alieni erroris accessio quam sibi credere, dum
nihil ex his quae timent norunt. sic in auro et
argento auaritia consecrata est, sic statuarum inanium
consignata forma, sic nata Romana superstitio. quo-
rum ritus si percenseas, ridenda quam multa, *quam
multa* etiam miseranda sunt! nudi cruda hieme discur- 3
runt, alii incedunt pilleati, scuta uetera circumferunt,
pelles caedunt, mendicantes uicatim deos ducunt; quae-
dam fana semel anno adire permittunt, quaedam in
totum nefas uisere; est quo uiro non licet itus, non-
nulla absque feminis sacra sunt, etiam seruo quibus-
dam caerimoniis interesse piaculare flagitium est; alia
sacra coronat uniuira, alia multiuira, et magna reli-
gione conquiritur quae plura possit adulteria *quam
partus* numerare. quid, qui sanguine suo libat et 4
uulneribus suis supplicat, non profanus melius esset
quam sic religiosus? aut cui testa sunt obscena
demessa, quo modo deum placat qui hoc modo uiolat,
cum si eunuchos deus uellet, posset procreare [non
facere]? quis non intellegat male sanos et uanae et 5

1 naturaliter *delet Heumannus* || 2 rodunt *Wowerus:* norunt P || 6 facitis protegitis et timetis P, *traiecit Meursius* || 9 mallunt P || 12, 13 quorum] *malim* quoius || 13, 14 quam multa *addidit Heumannus* || 14, 15 discurrunt alii, alii incedunt *idem; equidem* alii *abiecerim* || 16 uicatim *Gelenius:* uicantes P || 18 itus (it') *scripsi:* et P *delet Gelenius* || 22, 23 quam partus *addidit Vahlenus coll. Lact.* I 17 || 24 nonne *idem* || 25 testa *Gelenius:* exta P || 26 placat — uiolat *scripsi:* uiolat — placat P (non *uiolat — placat Perizonius*) || 27, 28 non facere seclusit Sauppius.

perditae mentis in ista decidere et ipsam errantium
turbam mutua sibi patrocinia praestare? sic defensio
25 communis furoris est furentium multitudo. at tamen
ista ipsa superstitio Romanis dedit auxit fundauit
imperium, cum non tam uirtute quam religione et
pietate pollerent. nimirum insignis et nobilis iustitia
Romana ab ipsis imperii nascentis incunabulis auspi-
2 cata est. nonne in ortu suo sunt scelere collecti et
muniti immanitatis suae terrore creuerunt? nam asylo
prima plebs congregata est: confluxerant perditi, faci-
nerosi, incesti, sicarii, proditores; et ut ipse Romulus
imperator et rector populum suum facinore praecelleret,
parricidium fecit. haec prima sunt auspicia religiosae
3 ciuitatis. mox alienas uirgines [iam desponsatas] iam
destinatas et nonnullas de matrimonio mulierculas sine
more rapuit uiolauit inlusit et cum earum parentibus,
id est cum soceris suis, bellum miscuit, propinquum
sanguinem fudit. quid inreligiosius, quid audacius,
4 quid ipsa sceleris confidentia astutius? iam finitimos
agro pellere, ciuitates proximas euertere cum templis
et altaribus, captos cogere, damnis alienis et suis
sceleribus adolescere cum Romulo regibus ceteris et
5 post reipublicae ducibus disciplina communis est. ita
quicquid Romani tenent colunt possident, audaciae
praeda est: templa omnia de manubiis, id est de ruinis
urbium, de spoliis deorum, de caedibus sacerdotum.
hoc insultare et inludere est, uictis religionibus seruire,
captiuas eas post uictorias adorare. nam adorare quae
manu ceperis, sacrilegium est consecrare, non numina.
6 totiens ergo Romanis inpiatum est quotiens trium-

1 decidere *scripsi:* desipere P || 2 sic *Wopkensius:* hic P || 4 ausit P || 7 inperii P || 8 s̄t (= sunt) *scripsi:* et P || 14 uirginis P | iam desponsatas *seclusit Usenerus* || 19 astutius *scripsi:* tutius P turpius *Dombartus* taetrius *Halmius* || 23 post reip. *scripsi:* postremis P posteris *Dauisius* post reges *Wopkensius* || 28 *malim* captiuos deos (est uictis religionibus, non seruire *Kochius*) || 29 *malim* est sacrilegium.

phatum, tot de diis spolia quot de gentibus sunt
tropaea. igitur Romani non ideo tanti, quod religiosi,
sed quod inpune sacrilegi. neque enim potuerunt in 7
ipsis bellis deos adiutores habere, aduersus quos arma
rapuerant, sed quos prostrauerant, detriumphatos colere
coeperunt. quid autem isti dii pro Romanis possunt,
qui nihil pro suis aduersus eorum arma ualuerunt?
Romanorum enim uernaculos deos nouimus: Romuli
sunt Picus, Tiberinus et Consus et Pilumnus ac Volumnus
dii; Cloacinam Tatius et inuenit et coluit; 8
Pauorem Hostilius atque Pallorem; mox a nescio quo
Febris dedicata: haec alumna urbis istius superstitio,
morbi et malae ualetudines. sane et Acca Laurentia
et Flora, meretrices propudiosae, inter morbos Romanorum
et deos computandae. isti scilicet aduersus 9
ceteros, qui in gentibus colebantur, Romanorum imperium
protulerunt; neque enim eos aduersum suos
homines uel Mars Thracius uel Iuppiter Creticus uel
Iuno nunc Argiua nunc Samia nunc Poena uel Diana
Taurica uel Mater Idaea uel Aegyptia illa non numina
sed portenta iuuerunt. nisi forte apud istos 10
maior castitas uirginum aut religio sanctior sacerdotum,
cum paene in rudibus uirginibus et quae inconsultius
se uiris miscuissent, Vesta sane sciente, sit
incestum uindicatum, in residuis inpunitatem fecerit
non castitas tutior, sed inpudicitia felicior. ubi autem 11

1 quod de P ‖ 1, 2 gentibus et tropea (-phea *m. 2*) P, *corr. Halmius* ‖ 5 rapuerunt et quos (*corr. m. 1 ex* quod) P, *corr. idem* | postulauerant P, *corr. Dombartus* ‖ 8 Romuli s̄ (= sunt) *scripsi supra p.* XXXIII: Romulus P ‖ 9 teuerinus P ‖ 9, 10 Volumnus *Rigaltius:* polumnus P ‖ 13 laurentia P; *cf. Fleckeis. ann.* 1885 *p.* 777 ‖ 14 inter probra *Heumannus* ‖ 19 uel Diana *Gelenius:* nunc diana P ‖ 20 tauriga P | idea P ‖ 21 sed et portenta (et *erasum*) P ‖ 23 rudibus *scripsi:* pluribus P *inepte,* inpuberibus *Kochius* ‖ 24 Vesta sane nesciente P; *deleui* ne *dittographum, ut summa cum inrisione in punitis quidem uirginibus nescire culpam nequiisse Vesta dicatur* ‖ 26 *malim* non castitas *felicior, sed inp.* tutior.

**magis [a sacerdotibus] quam inter aras et delubra
condicuntur stupra, tractantur lenocinia, adulteria me-
ditantur? frequentius denique in aedituorum cellulis
quam in ipsis lupanaribus flagrans libido defungitur.
12 et tamen ante eos deo dispensante diu regna tenuerunt**
Assyrii, Medi, Persae, Graeci etiam et Aegyptii, cum
pontifices et aruales et salios et uestales et augures
non haberent nec pullos cauea reclusos, quorum cibo
26 uel fastidio res publica summa regeretur. iam enim
uenio ad illa auspicia et auguria Romana, quae summo
labore collecta testatus es et paenitenter omissa et
2 obseruata feliciter. Clodius scilicet et Flaminius et
Iunius ideo exercitus perdiderunt, quod pullorum soli-
3 stimum tripudium exspectandum non putauerunt. quid
Regulus? nonne auguria seruauit et captus est? Man-
cinus religionem tenuit: et sub iugum missus est et
deditus. pullos edaces habuit et Paulus: apud Cannas
tamen cum maiore populi Romani parte prostratus
4 est. Gaius Caesar, ne ante brumam in Africam nauigia
transmitteret auguriis et auspiciis retinentibus, spreuit:
5 eo facilius et nauigauit et uicit. quae uero et quanta
de oraculis persequar? post mortem Amphiaraus uen-
tura respondit, qui proditum iri se ob monile ab uxore
nesciuit. Tiresias [caecus] futura uidebat, qui prae-
6 sentia non uidebat. de Pyrrho Ennius Apollinis Pythi
responsa confincxit, cum iam Apollo uersus facere
desisset; cuius tunc cautum illud et ambiguum defecit
oraculum, cum et politiores homines et minus creduli
esse coeperunt. et Demosthenes, quod sciret responsa

1 a sacerdotibus *seclusit Sauppius* | interras P *m. 1* || 2 conducuntur P, *corr. Ursinus* || 8 ciuo P *m. 1* || 11 es *Gelenius:* est P | penitenter P || 12 Claudius *Meursius* || 13, 14 sollemnisimum P, *corr. Gelenius* || 15 arguria P || 18 populi Romani *P. Daniel:* reip. P || 20 renitentibus P, *corr. Ursinus* | sprẹuit P || 20, 21 *puto* spreuit ea: facilius || 22 prosequar P, *correxi* || 23 proditum iri se *ex* prodituis rise *corr.* P || 24 ire sias P | caecus *seclusit Dauisius; an* aeque *?* || 25 phyrro P | pyti P.

simulata, φιλιππίζειν Pythiam querebatur. at non- 7
numquam tamen ueritatem uel auspicia uel oracula
tetigerunt. quamquam inter multa mendacia uideri
possit industriam casus imitatus, adgrediar tamen
fontem ipsum erroris et prauitatis, unde omnis caligo
ista manauit, et altius eruere et aperire manifestius.
spiritus sunt insinceri, uagi, a caelesti uigore terrenis
labibus et cupiditatibus degrauati. isti igitur spiritus, 8
posteaquam simplicitatem substantiae suae onusti et
inmersi uitiis perdiderunt, ad solacium calamitatis
suae non desinunt perditi iam perdere et deprauati
errorem prauitatis infundere et alienati a deo inductis
prauis religionibus ab eo segregare. eos spiritus dae- 9
monas esse poetae sciunt, philosophi disserunt, Socrates
nouit, qui ad nutum et arbitrium adsidentis sibi dae-
monis uel declinabat negotia uel petebat. magi quo- 10
que non tantum sciunt daemonas, sed etiam quicquid
miraculi ludunt, per daemonas faciunt: illis adspiranti-
bus et infundentibus praestigias edunt, uel quae non
sunt uideri uel quae sunt non uideri. eorum magorum 11
et eloquio et negotio primus Ostanes et uerum deum
conspici posse negans merita maiestate prosequitur et
angelos, id est ministros et nuntios, dei sede teneri
eiusque uenerationi nouit adsistere, ut et nutu ipso et
uultu domini territi contremescant. idem etiam dae-
monas prodidit terrenos, uagos, humanitatis inimicos.
quid? Plato, qui inuenire deum negotium credidit, 12

1 philippi zaeno phytiam quaerebatur P ‖ 7 insingeri P | et uagi *Ursinus ex Cypr.* 3, 8 ‖ 8 lauibus P *m. 1* ‖ 11 iam *delet Ursinus (nec habet Cypr.)*; *malim* desinunt iam p. p. ‖ 13 ab eo *Vonckius:* a deo P ‖ 16 appetebat *P. Daniel* gerebat *Heumannus* ‖ 18 miraculis *P. Daniel* ‖ 19 edunt et efficiunt *Vahlenus*, faciunt *post* non uideri *Iensius; cf. supra p.* V *not.* ‖ 20 magnorum P *m. 1* ‖ 21 sosthenes P, *unde litterula* s *dittographa abiecta feci potius* Ostanes, *quam formam habet Cyprianus;* Hostanes *Gelenius* ‖ 22 conspici posse negans *addidi ex Cypr.* 4, 2 ‖ 23 sede teneri *scripsi* (*supra p.* XXXIII): sed et ueri (et *erasum*) P ‖ 27 inuenire *m. 1 ex* -iri *corr.* P.

nonne et angelos sine negotio narrat et daemonas? et in Symposio suo etiam naturam daemonum exprimere conititur? uult enim esse substantiam inter mortalem inmortalemque, id est inter corpus et spiritum mediam, terreni ponderis et caelestis leuitatis admixtione concretam, ex qua Erotem etiam [Eros pro cupidine amoris] dicit et formari et inlabi pectoribus humanis et sensum mouere et adfectus fingere et

27 ardorem cupiditatis infundere. isti igitur impuri spiritus [daemones], ut ostensum magis et philosophis [et a Platone], sub statuis et imaginibus consecratis delitiscunt et adflatu suo auctoritatem quasi praesentis numinis consequuntur, dum inseruntur interim uatibus, cum fanis inmorantur, dum nonnumquam extorum fibras animant, auium uolatus gubernant, sortes regunt, oracula efficiunt falsis pluribus inuol*uentes pauca* uera.

2 nam et falluntur et fallunt, ut et nescientes sinceram ueritatem et, quam sciunt, in perditionem sui non confitentes. sic a caelo deorsum grauant et a deo uero ad materias auocant, uitam turbant, somnos inquietant, inrepentes etiam corporibus occulte ut spiritus tenues morbos fingunt, terrent mentes, membra distorquent, ut ad cultum sui cogant, ut nidore altarium uel rogis

2 suo etiam *scripsi:* etiam suo P || 5 laeuitatis P || 6 Erotem *scripsi:* monet P manet e. in nos porro cupido *Meursius* | Eros *Dombartus:* nos P || 6, 7 procupidinem P, *corr. Sauppius; totum colon Dombarto et Sauppio praeeuntibus seclusi* || 7 dicit et formari et inlabi *scripsi:* et dicit in formari et labi P *solita in hoc textu traiectione* (inlabi *solum iam Gelenius*) || 10 daemones *seclusit Ursinus* | ostensum magis a philosophis P, *corr. Usenerus, qui* et a Platone *seclusit* (ac *pro* et *maluit Dombartus*) || 11 consecrati P, *corr. Balduinus* || 13 inseruntur *scripsi:* inspirantur P inspirant i. uates *Dombartus* || 14 cum *idem:* dum P || 16 inuoluentes pauca uera *scripsi:* inuoluta P uera inuoluunt *Usenerus; probabilior mendi origo in mea lectione, siquidem aberrando factum est* inuoluera, *dein* inuoluta || 17 ut *m. 1 s. l.* P || 20 ad materiam *Ouzelius; equidem secluserim* | somnos *Ursinus:* omnes P || 21 occultae P || 22 *malim* inpingunt || 23 alterium P *m. 1* || rogis *scripsi ex Cypr.* 4, 4: hostiis (*ex* -tis *corr.*)

pecudum saginati, remissis quae constrinxerant, curasse
uideantur. his enthei, furentes quos in publicum uidetis 3
excurrere uates; et ipso absque templo sic insaniunt,
sic bacchantur, sic rotantur: par et in illis instigatio
daemonis, sed argumentum dispar furoris. de ipsis 4
etiam illa, quae paulo ante tibi dicta sunt, ut Iuppiter
ludos repeteret ex somnio, ut cum equis Castores
uiderentur, ut cingulum matronae nauicula sequeretur.
haec omnia sciunt pleraque pars uestrum ipsos dae- 5
monas de semet confiteri, quotiens a nobis tormentis
uerborum et orationis incendiis de corporibus exigun-
tur. ipse Saturnus et Serapis et Iuppiter et quicquid 6
daemonum colitis uicti dolore quod sunt eloquuntur;
nec utique in turpitudinem sui, nonnullis praesertim
uestrum adsistentibus, mentiuntur. ipsis testibus, esse 7
eos daemonas, credite fassis; adiurati enim per deum
uerum et solum inuiti miseri corporibus inhorrescunt
